AUTHOR:

VLIET, JOANNES VAN DER

TITLE:

STUDIA CRITICA IN DIONYSII...

PLACE:

LUGDUNI-BATAVORUM

DATE:

[1874]

Master Negative #

92-81103-11

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record


Vliet, Joannes van der
Studia critica in Dionysii Halicarnassensis opera rhetorica, accedunt variae lectiones quondam ab Is. Vossio ex codice libri De compositione verborum descriptae. Specimen literarium inaugurale quod ... submittet Ioannes van der Vliet ... Lugduni-Batavorum, apud fratres van der Hoek, [1874]
100 p. 24½ cm.


Thesis, Leyden, 1874.

Re

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 2-17-93 INITIALS: MGG
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM

Association for Information and Image Management


1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910



301/587-8202

Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.



J. VAN DER VLIET.

STUDIA CRITICA

IN

DIONYSII HALICARNASSENSIS OPERA RHETORICA.

STUDIA CRITICA

IN

DIONYSII HALICARNASSENSIS OPERA RHETORICA.

STUDIA CRITICA

IN

DIONYSII HALICARNASSENSIS OPERA RHETORICA,

ACCEDUNT

VARIAE LECTIONES QUONDAM AB IS. VOSSIO EX CODICE LIBRI DE COMPOSITIONE VERBORUM DESCRIPTAE.

SPECIMEN LITERARIUM INAUGURALE

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

A. HEYNSIUS,

MATH. MAG. PHIL. NAT. ET MED. DOCT. ET IN FACULTATE MED. PROF. ORD.,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM HUMANIORUM DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM HUMANIORUM DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

In Academia Lugduno-Batava

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTET

IOANNES VAN DER VLIET,

REEVICENSIS,

DIE XVII MENSIS IUNII A. MDCCCLXXIV, HORA I—II.

LUGDUNI-BATAVORUM,

APUD FRATRES VAN DER HOEK.

EX TYPOGRAPHEO I. C. DRABBE.

PARENTIBUS CARISSIMIS.

PRAEFATIO.

Solent, qui dicendi artem profitentur, tradere: *prooemium* id esse, quod apud iudicem, priusquam causam cognoverit, prosit, quo fiat benevolus, attentus ac docilis. Equidem, qui non mea sponte, sed lege coactus ad scribendum aggressus sim, eiusmodi saltem praefationibus supersedere possum. Nemo tamen, quaeso, ex verbo „coactus" elicere velit, legem illam mihi molestam fuisse ac grave et ingratum mandasse negotium. Immo, *οὐ πανταχοῦ ὀχληρὸν ἡ ἀνάγκη*. Iuvat vero, si non benevolentiae captationes, at quaedam praemittere de argumento, quod mihi delegerim. Aliquamdiu in studio Rhetorum Latinorum versatus, incidi in opuscula rhetorica Dionysii, quae ad hunc usque diem, magis etiam, quam Historiae Romanae, a philologis neglecta [1]) corruptissima circumferuntur. Novam ac emendatiorem editionem, iam ante complures promulgatam annos, adhuc frustra exspectavimus. Institueram disquisitionem de ratione qua varii Dionysi commentarii inter se cohaererent nec non de ordine temporis quo scripti sint, de libris postremo deperditis, quam

---

[1]) Cf. H. Sauppe, Gött. Gel. Anz. a. 1868, 4 Stück: „die HSS. aus denen sie zuerst mitgetheilt worden sind, geben einen durch Lücken und Fehler aller Art entstellten Text und die Philologen haben sie nicht minder vernachlässigt als die Röm. Geschichte."

quum iam ex parte conscripseram, animadverti argumentum mihi esse praereptum a V. D. Fr. Blass, qui in dissertatione inaugurali, a. 1863. Bonnae edita, docte et accurate de eisdem disputaverat. Quae reliqui fecerat, supplevit Th. Rössler in dissertatione philologica a. 1873 Lipsiae defensa. Quae mihi via sola iam patebat, ingressus sum. Composui quae mihi apud Dionysium corrigenda videbantur, additis plerumque argumentis, quantumque fieri potuit memor eorum, quae scripsit Cobetus V. C. Var. Lect. p. 514. „Si mei arbitrii res foret, equidem iuniorum criticorum τὸ σκυλακῶδες hac lege compescuerim, ut nihil a se excogitatum expromerent, nisi alicubi idem eodem modo corruptum ac sanatum aut ex bono codice aut a bono critico proferre possent." Cuius si optimae legis nonnumquam oblitus fuero, noli me, candide lector, „catellum" salutare, recordatus me non scripsisse ut te litteras Graecas vel artem criticam docerem, sed eo praesertim consilio, ut me non plane ineptum probarem qui iuventutem Batavam veterum litterarum notitia instruerem. In emendando praeterea id sum secutus, quod Dionysius saepius τὰ αὐτὰ νοήματα eadem vel leviter tantum immutata ὀνομασίᾳ proferre solet atque quae alibi dixerat citare delectatur, ut v. c. magna pars libri de Demosthene ex opusculo de Comp. Verb. repetita est. Ad calcem observationum mearum subiunxi lectionum varietatem ad librum de Compositione verborum pertinentem, olim manu Isaaci Vossii ex codice quodam descriptam, de quibus suo loco [1]) rationes reddam. Epitome, cuius lectiones nonnunquam laudavi, est excerptum antiquitus de libro περὶ συνθέσεως ὀνομάτων confectum, quod novissime et optime edidit Fr. Hanow, de cuius editione deque lectionibus Epitomes codice Vossiano confirmatis, plura vide p. 86.

[1]) P. 87 sq.

De oratione figurata tract. II. p. 323. enumerantur rationes quibus non κατ' εὐθεῖαν, sed ἐσχηματισμένως oratio eo pervenit, quo tendit: ἔστι δὲ ταῦτα· ἤτοι λέγειν μὲν βούλεται, εὐπρεπῶς δὲ λέγει· ἢ ἕτερα προτείνων,· ἕτερα διοικεῖται· ἢ τὰ ἐναντία προτείνων, τὰ ἐναντία διοικεῖται. Primum κῶλον corruptum videtur. Omnes, quacunque utuntur figurandi ratione, λέγειν hercle βούλονται, alioquin tacerent. Primus vero ille *dicit quidem quae sentit*, sed modeste ac decenter sententiam effert: λέγει μὲν (ἃ) βούλεται, εὐπρεπῶς δὲ λέγει. Exemplum praebet Iris Homerica; τὸν λέγοντα ζητεῖν εὐπρεπῶς λέγειν δείκνυσιν (sc. Hom.) ἐπὶ τῆς Ἴριδος, procul dubio legendum τὸ λέγοντα ζητεῖν εὐπρεπῶς λέγειν, i. e. τὸ λέγειν μὲν, ζητεῖν δὲ εὐπρεπῶς λέγειν. Mandaverat enim Iridi Neptunus nuntium aliquanto contumaciorem, quem ad Jovem

perferret. Iris autem παρχινεῖ αὐτῷ (in textu αὐτοῦ) εὐπρεπέστερον λέγειν, ἵν' ἀκινδυνότερος ὁ λόγος ᾖ· deinde editur: καὶ ταύτῃ παραινοῦσα ἐν τῇ παρρησίᾳ, τῆς παραινέσεως τὸ εὐπρεπὲς διοικεῖ, interpres: „eaque praecipiendi libertate decentem efficit orationem," quae plane contraria esse sententiae D. demonstrare non opus est. Videtur autem legisse: καὶ ταύτῃ παραινοῦσα τῇ παρρησίᾳ. Lego, mutata interpunctione: καὶ ταύτῃ παραινοῦσα, ἐν τῇ παρρησίᾳ τῆς παραινέσεως τὸ εὐπρεπὲς διώκει. διοικεῖσθαι plurimis quidem huius commentationis locis legitur, nunquam vero Activum. Addam initio capitis 2. pro δείξωμεν futurum esse restituendum, quoniam sequitur, καὶ ἀποφανοῦμεν, nisi hoc ex ἀποφήνωμεν ortum esse malueris, quod, credo, verisimile non est.

Ars Rhet. p. 388. δεῖ δὲ τὸν ῥήτορα διηγεῖσθαι μὲν, ὡς διδάσκοντα, πειρᾶσθαι δὲ πείθειν ἐν τῷ διδάσκειν, τὰ σαθρὰ καὶ τὰ ἰσχυρὰ, τά τε τοῦ ἐξ ἐναντίας, καὶ τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸ συμφέρον μεταχειριζόμενον. ὁ ἐξ ἐναντίας, is qui ex adverso est = ὁ ἐναντίος, adversarius: Oportet igitur oratorem in ipsa narratione persuadere, dum quae sunt debilia, quae contra valida, cum in ipsius, tum in adversarii causa, qua maxime e re sua erit ratione, tractat. Pro τοῦ αὐτοῦ, ergo reponendum τὰ αὐτοῦ. Quid sint τὰ σαθρά, quique saepissime cum τοῖς σαπροῖς confundantur docebit Cobetus V. C. Var. Lect. p. 229.

De script. vet. censura p. 420. in capite de Simonide,

admonet D. illum, quicunque fuit, (si re vera ἡ τῶν ἀρχαίων κρίσις excerpta continet ex capite II. libri deperditi περὶ μιμήσεως cf. Ep. ad Pomp. c. 3. p. 766. fuit Demetrius) ad quem libellum mittit παρατήρει — πρὸς τούτοις, καθ' ὃ βελτίων εὑρίσκεται καὶ Πινδάρου, τὸ οἰκτίζεσθαι μὴ μεγαλοπρεπῶς, ἀλλ' ὡς ἐκεῖνος παθητικῶς: Quodsi verba ita collocaveris, sententia sibi ipsa repugnabit, nec maiore Pindaro Simonides laude dignus erit. Pindarus autem, ut in omnibus magniloquus est et grandi incedit cothurno οἰκτίζεται μεγαλοπρεπῶς, Simonides contra παθητικῶς, melior igitur hic, ea quidem in re, illo. Transpone: μὴ μεγαλοπρεπῶς ὡς ἐκεῖνος, ἀλλὰ παθητικῶς.

P. 423. 10. τῶν δὲ κωμῳδῶν μιμεῖται (quod sanum non est, quid autem sit emendandum propter brevitatem huiusce libelli et truncatum, quo ad nos pervenit, statum, affirmare non ausim, fortasse: μιμητέον, vel μιμεῖσθαι χρὴ vel μίμησαι cf. in superioribus: ἐκτύπωσαι, λαβὲ ζῆλον) τὰς λεκτικὰς ἀρετὰς ἁπάσας· εἰσὶ γὰρ καὶ τοῖς νοήμασι καθαροὶ, σαφεῖς καὶ βραχεῖς, καὶ μεγαλοπρεπεῖς, καὶ δεινοὶ, καὶ ἠθικοί. Omnia haec epitheta praeter solum ultimum ad elocutionem, i. e. ad verba, figuras et compositionem pertinent, sunt ut ipse dicit, nomina λεκτικῶν ἀρετῶν, nec cum τῷ πραγματικῷ τόπῳ aliquid commune habent. Καθαρὸς imprimis summa constantia de *verbis* usurpatur; καθαρεύει τις τοῖς ὀνόμασι qui curiose verba eligit et vocabula καινὰ vel πεποιημένα, ξένα καὶ γλωττημα-

τικὰ vel ἀρχαιοπρεπῆ [1]) caute evitat cf. p. 420. de Xenophonte: ἐλεγκτικὸς (l. ἐκλεκτικὸς) μὲν γὰρ καὶ καθαρὸς τοῖς ὀνόμασιν, de eodem in ep. ad Pomp. p. 778. καθαρὸς μὲν γὰρ τοῖς ὀνόμασιν [2]) ἱκανῶς, p. 454. de Lysia καθαρός ἐστι τὴν ἑρμηνείαν πάνυ, mox λέγω δὲ τὸ καθαρεύειν τὴν διάλεκτον et p. 455. de Isocrate καθαρώτατος δὴ τῶν ἄλλων, μετά γε Λυσίαν, ἐν τοῖς ὀνόμασιν οὗτος ἐμοίγε δοκεῖ γενέσθαι, cf. p. 992. ταῦτα οὐ καθαρὰ, καὶ ἀκριβῆ καὶ σαφῆ καὶ διὰ τῶν κυρίων καὶ κοινῶν ὀνομάτων κατεσκευασμένα; Comici denique hercle non καθαρεύουσι τὰ νοήματα, nam saepius sunt spurci et sordidi, sed utuntur dialecto pura et vere Attica. Propter haec omnia pro νοήμασι scribendum ὀνόμασι. Quam mutationem confirmare videntur ultima capitis verba: Μενάνδρου δὲ καὶ τὸ πρακτικὸν θεωρητέον. Ceterorum *verba*, Menandri autem *sententiae* quoque, dignae ad quae animum advertas; nempe quia abundat observationibus ad vitam quotidianam accommodatis et sententiis, quas morales vocant. Pro πρακτικὸν autem

---

[1]) Cf. Jud. de Thuc. p. 866. ἐπὶ μὲν τῆς ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων τὴν τροπικὴν, καὶ γλωττηματικὴν, καὶ ἀπηρχαιωμένην, καὶ ξένην λέξιν προελόμενος.

[2]) Ex eorum locorum luce emendandum etiam de adm. vi Dem. c. 18. in. καθαρεύει τε γὰρ (sc. fragmentum laudatum ex Isocratis oratione de Pace), εἴ τις (καὶ?) ἄλλη τοῖς νοήμασι (leg. τοῖς ὀνόμασι), καὶ τὴν διάλεκτόν ἐστιν ἀκριβής, φανερά τ' ἐστὶ καὶ κοινή, καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἁπάσας περιείληφεν, ἐξ ὧν ἂν μάλιστα γένοιτο διάλεκτος σαφής. Non solet D. τὰ νοήματα magnopere curare, sed tamquam verborum πάρεργον habere.

πραγματικὸν suspicor: 1°. quia opponitur ταῖς λεκτικαῖς ἀρεταῖς et semper et ubique Dionysius distinguit inter τὸν λεκτικόν et τὸν πραγματικόν τόπον vel inter " " " " χαρακτῆρα, τὸ λεκτ. καὶ τὸ πραγμ. εἶδος, ἡ λ. καὶ π. ἰδέα, ἀρετή. 2°. quia in libro Ms. quo in hoc libello edendo usus est Sylb. etiam in c. 3. pro τὸ πραγματικὸν εἶδος legitur πρακτικόν dum p. 429 corrupte ἐντὸς πρακτικῆς editur.

Ut ad νοήματα et ὀνόματα redeamus, pluribus in locis D. haec vocabula permutata sunt. Iud. de Thuc. c. 24. p. 868. ἐν δὲ τοῖς συνδετικοῖς — καὶ ἔτι μᾶλλον ἐν τοῖς διαρθροῦσι τὰς τῶν ὀνομάτων δυνάμεις — ἐνεξουσιάζων. In Ep. ad Amm. II. p. 791. ubi verba illa ex libro de Thuc. Aelio Tuberoni dedicato citantur, legitur: ἐν δὲ τοῖς συνδετικοῖς — καὶ ἔτι μᾶλλον ἐν τοῖς διαρθροῦσι τὰς τῶν νοημάτων δυνάμεις. Alter est locus in libro de C. V. c. 20. ὥσπερ ἡ ἐκλογὴ τῶν ὀνομάτων, ἡ μέν τις ἂν εἴη πρέπουσα τοῖς ὑποκειμένοις, ἡ δ' ἀπρεπὴς, οὕτω δήπου καὶ ἡ σύνθεσις. In Excerptis huius libelli quae a. 1868. accuratissime edidit Fred. Hanow, p. XX. ὥςπερ γὰρ ἐστί τις ἐκλογὴ νοημάτων, ἡ μὲν πρέπουσα τοῖς ὑποκειμένοις, ἡ δ' ἀπρεπὴς, οὕτω δήπου καὶ σύνθεσις. Solent multi verba dare pro sententiis, hic autem plane contrarium accidisse vides. Is. Vossius in margine exemplaris sui adscribit se idem in MS. suo invenisse cf. p. 76 idemque reperio in Exc.

p. XX. 17. cf. tandem de C. V. p. 42 ubi Reisk. adnotat: ὀνομάτων. Νοημάτων Reg. 2.

P. 425. in capite de historicis inter se comparantur Herodotus et Thucydides, quorum ille rebus — sc. argumento quod sibi elegit — praestare dicitur, in elocutione vero alibi cedere Thucydidi, alibi eius exaequare virtutes, alibi denique eundem superare: τῇ μὲν ἀκριβείᾳ τῶν ὀνομάτων, ἐν οἷς ἑκάτεροι προῄρηνται διαλόγοις, ἀποσώζουσι τὸ ἴδιον. Ἀττικώτερον, ni fallor, singulari numero haec omnia efferantur, sed ut haec posterioris aevi scriptori concedamus, numquam διάλογος pro διάλεκτος scriptum vidisse memini. Solet quidem D. vocabulum διάλεκτος eodem sensu usurpare, quo ἀπαγγελία, ἑρμηνεία, φράσις, sed id ad locum nostrum non facit. Apparet enim ex loco Ep. ad Pomp. p. 775, ubi eadem (est enim uterque locus, ut fere probatum est, desumtus ex cap. II libri deperditi περὶ μιμήσεως) fere traduntur aliquanto latius fusiusque tantum elata, D. de Ionica et Attica dialectis cogitasse. Ἡ καθαρὰ τοῖς ὀνόμασι καὶ τὸν Ἑλληνικὸν χαρακτῆρα σώζουσα διαλεκτὸς, ταύτην ἀκριβοῦσιν ἀμφότεροι· Ἡρόδοτός τε γὰρ τῆς Ἰάδος ἄριστος κανών, Θουκυδίδης τε τῆς Ἀτθίδος. Abeant igitur, censeo, διάλογοι, interpretis „sermocinationes" et reddatur utrique scriptori laus, quam merito sibi vindicet: ἐν αἷς ἑκάτεροι προῄρηνται διαλέκτοις. Tertius eiusdem fere tenoris locus legitur in Iud. de Thuc. p. 865. (ἡ τῶν πρὸ

τοῦ Πελεποννησιακοῦ γενομένων πολέμου λέξις) καθαρὰ, καὶ σαφὴς, καὶ σύντομός ἐστιν, ἀποχρώντως σώζουσα τὸν ἰδίας ἑκάστης διαλέκτου χαρακτῆρα.

P. 426. de vet. script. cens. in capite de Xenophonte et Philisto: Xenophon Herodotum sibi exemplum proposuit, cuius in argumentis quidem eligendis et in rebus disponendis, non dispar fuit, in elocutione vero Herodotei sermonis virtutes partim adaequavit, partim non est assecutus: ἐλεγκτικὸς μὲν γὰρ καὶ καθαρὸς τοῖς ὀνόμασι, καὶ σαφὴς καὶ ἐναργὴς, καὶ κατὰ τὴν σύνθεσιν ἡδὺς καὶ εὔχαρις, ὡς καὶ πλεῖον ἐκείνου, (?) ὕψος δὲ καὶ μεγαλοπρεπείας (καὶ) καθόλου τοῦ ἱστορικοῦ πράγματος οὐκ ἐπέτυχεν. Qui accurate verba eligit, qui *elegans* est (cf. Cic. Or. § 81. „orator subtilis, sicut in epularum apparatu a „magnificentia recedens non se parcum solum, sed „etiam *elegantem* videri volet et *eliget* quibus utatur," et in Bruto § 272. Pisonis erat „verborum et de„lectus (ἐκλογή) *elegans* et quasi rotunda constructio" (σύνθεσις)) non vocatur ἐλεγκτικὸς, sed ἐκλεκτικός [1]) cf. Ep. ad Pomp. p. 778. de eodem Xenophonte, in fragmento libri II. περὶ μιμήσεως: καθαρὸς μὲν γὰρ τοῖς ὀνόμασιν ἱκανῶς, καὶ σαφὴς, καθάπερ ἐκεῖνος (sc. Herodotus) ἐκλέγει δ' ὀνόματα συνήθη τε καὶ προσφυῆ τοῖς πράγμασιν. Emendatio

---

[1]) Item de C. V. p. 20 ubi editur ἀνέκλεκτα Cod. Colb. exhibet ἀνέλεγκτα.

iam Sylb. est, qui ad vocabulum *πράγματος* adnotat: „pro *πράγματος* in scripto libro est spatium vacuum." Lacunam, credo, felicius explevisset si pro *πράγματος*, *πλάσματος* scripsisset, collatis quae leguntur in eodem fragm. p. 779. *ὕψος δὲ καὶ κάλλος καὶ μεγαλοπρέπειαν καὶ τὸ λεγομενον ἰδίως, πλάσμα ἱστορικὸν* Ἡρόδοτος *ἔχει.* Ne ultima quidem sunt integra, sed sive emendandum Ἡρόδοτος *μὲν ἔχει*, Ξενοφῶν *δ' οὐκ ἔχει*, sive Ἡροδότου *οὐκ ἔχει*, id constare videtur, Dionysium utrobique dixisse: Xenophontis dictioni *colorem* qui proprie *historicus* appellatur non inductum esse. De voc. *πλάσμα* cf. de vi dic. Dem. c. 34 in *ταῦτα δ' ἐστὶν, ἃ τοῖς τρισὶ πλάσμασιν ἔφην ἰδίας ἀρετὰς συμβεβηκέναι*, sunt enim genus dicendi subtile, mixtum et sublime.

P. 429. de Theopompo: *διήμαρτε δὲ καὶ ὃ μάλιστα ἐντὸς πρακτικῆς·* (verba sunt corrupta, sensus non ambiguus) *κατὰ τὰς τῶν παρεκβάσεων ἐπεισαγωγάς*, deinde huius vitii exempla afferuntur. Redeunt eadem in Ep. ad Pomp. p. 787. ubi *παρεκβάσεις* in *παραβολάς* abierunt: *ἔστι δὲ ἃ καὶ κατὰ τὸν πραγματικὸν τόπον ἁμαρτάνει, καὶ μάλιστα κατὰ τὰς παραβολάς. οὔτε γὰρ ἀναγκαῖαί τινες αὐτῶν, οὔτ' ἐν καιρῷ γιγνόμεναι κ. τ. ἑ.*, apponuntur eadem exempla. Non vero *comparationibus*, neque mathematicorum *lineis curvatis* opus est, sed *egressibus:* excurrit nonnumquam Theopompus, de proposito aberrat ad narrandum quaedam satis, ut videtur, inepta. „Hanc partem

παρέκβασιν vocant Graeci, Latini egressum vel egressionem." Quint. I. O. IV. 3. 12. et § 14: „Ac to„tum *παρέκβασις* est, ut mea quidem fert opinio, „alicuius rei (exciditne adiectivum?) sed ad utilita„tem causae pertinentis extra ordinem excurrens „tractatio." Substantivo *παρέκβασις* accurate respondet substantivum *παρεμβολή, ὁ γὰρ γράφων παρεκβαίνει*, a via, per quam incedit dextrorsum vel sinistrorsum deflectit, *εἰς δὲ τὸ βιβλίον παρεμβάλλεταί τινα*, sive, qua est Graecorum sermo ubertate et copia, *παρεμπίπτει*, unde plane eodem sensu, substantivum *παρέμπτωσις* formatur, quod legitur p. 792. *αἱ μεταξὺ παρεμπτώσεις πολλαὶ γιγνόμεναι, διὰ μακροῦ τὴν ἀκολουθίαν κομίζονται* et p. 804. c. 15.

παρεμβολή legitur in eadem epistola p. 805. de periodo quadam Thucydidis obscuriore, quam D. more suo refingit: *τῇ δὲ παρεμβολῇ τῶν μεταξὺ πραγμάτων — ἀσαφῆ (τὴν διάνοιαν) πεποίηκε.* Verbum *παρεμβάλλειν* legitur de vi dic. Dem. c. 9. p. 980. *τί τὸ συνταράττον τὴν κατὰ φύσιν ἀπαγγελίαν ἐστί; πρῶτον μὲν, τὸ, πρὶν ἀπαρτίσαι τὸ ἡγούμενον εἴτε νόημα — εἴτε κῶλον, ἕτερον παρεμβαλεῖν.* Ipse Thucydides excursionem designat voce: *ἐκβολή* l. I. c. 97. de rebus per intervallum belli Persici atque Peloponesiaci gestis: *ἔγραψα δὲ αὐτὰ καὶ ἐκβολὴν τοῦ λόγου ἐποιησάμην διὰ τόδε κ. τ. ἑ.* Addam apud Suidam i. v. *πυρφόρος*, in fragm. Polybii idem emendatum esse et *παρεμβολάς* pro *παραβο-*

λάς scriptum esse. Ibi vero de navium motibus intellegitur.

P. 450. Dionysius exponens argumentum libri quem compositurus erat „de Oratoribus et Historicis antiquis" ita scribit: *ἔστι δ' ἤδη* (lege cum Sylb. *ἥδε* sc. *ἡ ὑπόθεσις*), *τίνες εἰσὶν ἀξιολογώτατοι τῶν ἀρχαίων ῥητόρων τε καὶ συγγραφέων, καὶ τίνες αὐτῶν ἐγένοντο προαιρέσεις τοῦ τε βίου καὶ τοῦ λόγου, καὶ τί παρ' ἑκάστου δεῖ λαμβάνειν ἢ φυλάττεσθαι· καὶ* (nisi quid excidit *καί* expungendum erit, *ἃ θεωρήματα* quod proponit Sylb. vix Graeca constructio est) *θεωρήματα καὶ ἀναγκαῖα τοῖς ἀκούουσι τὴν πολιτικὴν φιλοσοφίαν, καὶ οὐδέ που* (lege cum Hoeschelio *πω*) *μὰ Δία κοινά, οὐδὲ καθημαξευμένα τοῖς πρότερον. Φιλοσοφία πολιτική* Dionysii non docet artem reipublicae bene gerendae aut ordinandae, quam professi sunt Plato et Aristoteles, sed eadem est quam alibi e. c. p. 445. *τὴν φιλόσοφον ῥητορικὴν* appellat, quaeque erat eorum studiorum quae Dionysii aequales melius quam superiores obire coepissent. Est eadem ars, quam solitae suae moderationis oblitus libro de industria eo consilio composito contra iniustos obtrectatores defenderat cf. Iud. de Thuc. c. 2. p. 814. Nusquam autem ullum vestigium apparet Dionysium solitum esse rhetoricam ex cathedra in auditorio docere. Videtur enim, ut ex nonnullis libri de verborum compositione locis colligere licet, in domo nobilis cuiusdam Romani vixisse, filiique familias institutioni

praefuisse. Haec autem quia certis argumentis probari non possunt, ut cum Dionysio loquar, *οὐ διαβεβαιοῦμαί γε, ὡς δὴ καὶ σαφῶς εἰδώς*, collatis tamen d. C. V. c. 1. p. 2. (*χρῆμα*) *ἀναγκαιότατον — ἅπασι μὲν ὁμοίως τοῖς ἀσκοῦσι τοὺς πολιτικοὺς λόγους* et ipsa quae laudavi verba, quibus hanc praefationem auspicatur: *πολλὴν χάριν ἦν εἰδέναι τῷ καθ' ἡμᾶς χρόνῳ δίκαιον — καὶ ἄλλων μέν τινων ἐπιτηδευμάτων ἕνεκα νῦν κάλλιον ἀσκουμένων — οὐχ ἥκιστα δὲ τῆς περὶ τοὺς πολιτικοὺς λόγους ἐπιμελείας*, non vereor ne nimia mihi audacia obiciatur et loco nostro et in Ep. ad Pomp. c. 6. p. 784. pro ΑΚΟΥΟΥϹΙ, ΑϹΚΟΥϹΙ reponenti. Ibi enim legitur: *Ἵνα δὲ πάντ' ἀφῶ τἆλλα, τίς οὐχ ὁμολογήσει τοῖς ἀκούουσι τὴν φιλόσοφον ῥητορικὴν, ἀναγκαῖον εἶναι, πολλὰ μὲν ἔθνη καὶ βαρβάρων καὶ Ἑλλήνων* [1]) *ἐκμαθεῖν, πολλοὺς δὲ νόμους ἀκοῦσαι* (*καὶ*?) *πολιτειῶν σχήματα, καὶ βίους ἀνδρῶν, καὶ πράξεις, καὶ τέλη, καὶ τύχας. Audiri* rhetorica, si omnino, sine omnium horum notitia potest, *exerceri* non potest. Postremo bella foret constructie *ἀναγκαῖον εἶναι τοῖς ἀκούουσι — ἀκοῦσαι.* Ultimum argumentum afferam locum ex Ep. ad Pomp. p. 787. *οὗτοι* (cf. em. nostr.) *παραληφθέντες οἱ συγγραφεῖς ἀρκέσουσι τοῖς ἀσκοῦσι τὸν πολιτικὸν λόγον.*

---

[1]) Operae fortasse pretium est animadvertere, hanc loquendi formulam Graecum aetate Augusti Romae scribentem Romanosque semper laudibus celebrantem non offendisse.

P. 458. Laudatur Lysias, qui verbis ab usu communi non alienis gravitatis tamen et granditatis colorem rebus inducat nec imitatus eos, qui eum aetate praecederent, oratores, multis tropis, metaphoris, hyperbolis, omnis generis figuris, καὶ τῇ ἄλλῃ καινολογίᾳ simplicem et indoctum auditorem circumvenire studeat. Sunt quidem haec omnia Agamemnone antiquiora, sed nunc sunt et semper fuerunt *vana* atque *inepta*. Quod fieri assolet, hic etiam usu venit. AI et Є permutata sunt cf. Variae Lect. p. 121. Idem redit vitium p. 559. ubi eadem fere quae hic Gorgiae et aequalibus Gorgiae, Isocrati vitio dantur, nempe nimia circa periodorum ductum curiositas et corruptus et insincerus ornatus, allato testimonio Philonici dialectici qui τὴν ἄλλην κατασκευὴν τῆς λέξεως ἐπαινῶν τἀνδρὸς [1]), μέμφεται τῆς καινότητος ταύτης καὶ τοῦ φορτικοῦ. Ad haec verba Sylb. qua loqui solet modestia, adnotat: „καινότητος vocabulum agnoscit etiam Wolfii versio, alioqui putarit fortasse aliquis convenientius esse κενότητος. Etiam invito Wolfio eiusque versione „*convenientiae*" cedendum videtur, namque etiamsi aetate Gorgiae vana illa rhetorica *nova* fuisset, quid quum florebat Isocrates? Conferatur insuper p. 1032, ubi Dionysius, quod facere amat, Platonem carpit, solum Menexenum sufficere contendens: ἐπιδείξασθαι τὴν κενοσπουδίαν τοῦ ἀνδρὸς,

---

[1]) Num τὸν ἄνδρα? cf. l. c. de vi Dem. c. 20. p. 1013. vs. 10.

ᾗ κέχρηται περὶ τὸν περιττὸν καλλωπισμὸν τῆς ἀπαγγελίας et p. 760 ubi eidem obicit, quod ubi minime deceat effunditur εἰς ἀπειροκάλους περιφράσεις et affectat πλοῦτον ὀνομάτων κενόν. Tertio denique loco Sylb. κενόν pro καινόν emendavit sc. p. 766. καὶ καθ' ἓν τοῦτο Πλάτωνα φημὶ λείπεσθαι Δημοσθένους, ὅτι παρ' ᾧ μὲν ἐκπίπτει ποτὲ τὸ ὕψος τῆς λέξεως [τῶν λόγων] εἰς τὸ καινὸν καὶ ἀηθὲς, παρ' ᾧ δ' οὐδέποτε. Interpres veram scripturam in libro suo habuisse videtur, vertit enim: nonnumquam sublime genus dicendi cadit (melius: degenerat) in *vanum* et *insuave*." Legendum autem: εἰς τὸ κενὸν καὶ ἀηδές. Ut κενός in καινός abire solet, in Iud. de Isaeo c. 20 ex κοινός κενός evadit. Recenset D. Lysiacae elocutionis aemulos, in quorum numero fuit etiam Polycrates. Πολυκρ. δὲ, κενὸς μὲν ἐν τοῖς ἀληθινοῖς, ψυχρὸς δὲ καὶ φορτικὸς ἐν τοῖς ἐπιδεικτικοῖς,.ἄχαρις δ' ἐν τοῖς χαριεντισμοῦ δεομένοις ἐστίν. Quia κενότης opponitur vitiis ψυχρότητος et ἀχαριστίας, ipsa inter vitia versari non potest. Est autem vitium ea quidem, sed non oratoris tenuis et subtilis, sed dictionis grandis et sublimis. Requirimus virtutem, quae mala ex parte quidem compenset, ut etiam Thrasymachus partim laudatur, partim reprehenditur. Quae virtus τοῖς ἀληθινοῖς, veris causis, praesertim ubi homines de populo imperitiores iudicant, magis apta est, quam κοινότης i. e. simplicitas nihil τοῦ συνήθους ἐξαλλάττον, quam laudat etiam in antiquis annalistis (de Thuc. iud. c. 5), qui τὴν σαφῆ καὶ κοινὴν λέξιν ἐπετήδευσαν?

P. 472. Dionysius ad finem disputationis *περὶ τῶν λεκτικῶν* Lysiae *ἀρετῶν* properans et ultimo loco praestantissimam omnium earum virtutum laudaturus, quam multi sint imitati, nemo superaverit, semet ipse interrogans quaerit: *τίς δέ ἐστιν ἥδε ἀρετὴ, ἥτις πᾶσιν ἐπανθοῦσα τοῖς ὀνόμασι; καὶ τίς ἡ χάρις; πρᾶγμα παντὸς κρεῖττον λόγου καὶ θαυμασιώτατον.* Miror viros doctos, qui ex longinquo quaesierint, quae in proximo esse videantur. Longioris Marklandi ad hunc locum disputationis, haec est conclusio: „Conicio igitur Dionysium scripsisse: *καὶ τίς αὕτη ἡ δύναμις; χάρις, πρᾶγμα παντὸς κρεῖττον λόγου* etc." *Χάρις* est *ἀρετή*, non *δύναμις*, praeterea verba, violentius mutata, iniuriarum actionem correctori intendunt. Matthaei: „Fortasse sic legendus est hic locus: *τίς δέ ἐστιν ἥδε;* (sic) *χάρις, ἀρετὴ πᾶσιν ἐπανθοῦσα τοῖς ὀνόμασιν.*" Respicit D. verba: *μίαν δὲ ἀρετὴν ἔτι τοῦ ῥήτορος ἐπιδείξομαι.* Simplicius et elegantius igitur videtur: *τίς δ' ἐστιν ἥδε* (*ἡ* addo) *ἀρετ*H; [H] (*ἦτα* bis scriptum eiciendum) (*χάρις*) *τις, πᾶσιν ἐπανθοῦσα τοῖς ὀνόμασι; καὶ τίς ἡ χάρις; πρᾶγμα κ. τ. ἑ.* cf. p. 480: *οὐκ ἐπανθούσης τῇ λέξει τῆς Λυσιακῆς χάριτος.*

P. 502. Allato exordio orationis Lysiae *κατὰ Διογείτονος*, in eo versatur Dionysius, ut demonstret, ex omnibus, quae Artium scriptores de prooemiis praescribere soleant, in exordio laudato nihil desiderari. Omnibus deinceps rhetorum praeceptis et Lysiae virtutibus enumeratis, haec addit: *καὶ προσέτι τούτοις* (lege: *πρόσεστι τούτοις*, i. e. omnibus his bonis tamquam cumulus accedit) *τὸ λεῖον τῆς ἑρμηνείας, καὶ τὸ ἀφελὲς τῆς κατασκευῆς· ὧν μάλιστα δεῖ τοῖς ὑπ' ἐκείνων, προοιμιαζομένοις.* Quaeritur, quid sit *ὑπ' ἐκείνων*. Audiamus interpretes. Sylb.: fortasse rectius *ἀπ' ἐκείνων*. Markland hisce non contentus „Sylburgius" inquit, „legit *ἀπ' ἐκείνων*, *ab illis.* A quibus? nihil enim praecessit, quod huic sensui convenire potest. Lege *ἐπ' ἐκείνων* coram illis (vertam potius *apud* illos, quod Romae sollemne est illis qui alloquuntur judices) „Quae maxime necessaria sunt iis qui coram tribunali (en bella Latinitas) prooemiis utuntur, nempe in veris causis, non in fictis rhetorum et sophistarum *λογομαχίαις*." Non opus est multis verbis ostendere, quam nihili sit haec disputatio, quod qui locum inspexerit, statim concedet. Equidem tenuissima correctione rem mihi expedire posse videor. Legendum: *ὧν μάλιστα δεῖ τοῖς ὑπ' ἐλεινῶν προοιμιαζομένοις.* Summo iure observat Dionysius a personis miserorum, quibus misericordiam iudicibus movere expediat, nihil magis esse alienum quam orationem turgidam et corruptum verborum ornatum.

Actor in causa Diogitonis verba facit pro duobus filiis Diodoti cuiusdam, cuius ipse filiam in matrimonio habet. Pater circa Ephesum in pugna occiderat; in patrui tutelam pervenerunt ab eoque omnibus fortunis eversi sunt. Petitores igitur eorum sunt,

quos iuris consulti, ni fallor, *„personas miserabiles"* nuncupare solent. Hinc Dionysii observatio. Ceterum eiusdem notae est, quod dixit in iud. de Isocr. c. 12. p. 559. *Χαριεντισμὸς γὰρ πᾶς, ἐν σπουδῇ καὶ καλῶς γιγνόμενος, ἄωρον πρᾶγμα καὶ πολεμιώτατον ἐλέῳ*, quod acute emendavit Casaubonus: *ἐν σπουδῇ καὶ κακοῖς γιγνόμενος*, ita enim optime refertur ad ex quae supra leguntur: *συμβούλῳ δὲ δὴ περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης λέγοντι*, (i. e. *ἐν σπουδῇ*), *καὶ ἰδιώτῃ τὸν περὶ ψυχῆς τρέχοντι κίνδυνον ἐν δικασταῖς* (i. e. *ἐν κακοῖς*) elegantia ac scenica et puerilia illa sententiarum et verborum ornamenta non tantum non expediunt sed etiam sunt nociva.

P. 550. Breviter percurrens argumentum Areopagitici Isocratis Dionysius scripsisse fertur: *ἧς* (sc. *τῆς ὑπὸ Σόλωνός τε καὶ Κλεισθένους κατασταθείσης πολιτείας*) *τὴν προαίρεσιν καὶ τὰ ἤθη διεξιὼν δεινότερον μὲν ἡγεῖσθαί φησι τοὺς τότ' ἀνθρώπους τὸ τοῖς πρεσβυτέροις ἀντειπεῖν ἢ τὴν τάξιν λύειν.* Non magni laboris est conicere *τὴν τάξιν λείπειν*, sed ne hoc quidem praeclarae sapientiae et continentiae est, magis indignari, si quis forte maiori cuidam nato oblocutus esset, quam si ex bello turpiter fugisset. Maiorem movet admirationem locus quod in verbis Isocratis ipsius (cf. Areop.) nihil reperitur ad quod verba illa corrupta referri possint. Ubi de antiquorum erga maiores natu reverentiam memorat, haec dicit: *ἀντειπεῖν δὲ τοῖς πρεσβυτέροις ἢ λοιδο-*

ρήσασθαι δεινότερον ἐνόμιζον ἢ νῦν περὶ τοὺς γονέας ἐξαμαρτεῖν, unde hoc quidem conficere licet, apud Dion. adverbium *νῦν* excidisse. In ipso Areopagitico p. 37, in verbis: *ἐκεῖνοι γὰρ οὐκ ἐν μὲν ταῖς παιδείαις πολλοὺς τοὺς ἐπιστατοῦντας εἶχον, ἐπειδὴ δ' εἰς ἄνδρας δοκιμασθεῖεν ἐξῆν αὐτοῖς ποιεῖν ὅ τι βουληθεῖεν, ἀλλ' ἐν ταύταις ταῖς ἀκμαῖς πλείονος ἐπιμελείας ἐτύγχανον ἢ παῖδες ὄντες*, littera *τ* abundare videtur et sententiae concinnitas requirere: *ἀλλ' ἐν αὐταῖς ταῖς ἀκμαῖς „in ipso flore aetatis"* magis dum quam in pueritia. In extremis eiusdem capitis verbis *πάντων* excidisse suspicor. Consilii Areopagitici esse non licet, nisi iis qui, honesto loco nati, per totam vitam eximiam virtutem et continentiam praestiterunt: *ὥστ' εἰκότως αὐτὴν διενεγκεῖν (πάντων?) τῶν ἐν τοῖς Ἕλλησι συνεδρίων.*

Ex comparatione tandem integrae orationis et Dionysii epitomes, etiam corrigenda, quae apud hunc occurrunt in extremo c. 8. *κρείττονά τε ὑπολαμβάνειν τὰ χρηστὰ ἐπιτηδεύματα τῆς ἀκριβοῦς νομοθεσίας, σκοποῦντας, οὐχ ὅπως ταῖς τιμωρίαις τοὺς ἁμαρτάνοντας ἀνείρξουσι, ἀλλ' ὡς μηδὲν ἄξιον ζημίας ἕκαστον ἐπιτηδεύειν.* corr. *ἕκαστος ἐπιτηδεύσει*, collatis, quae exstant apud Isocratem p. 42. *οὐ τοῦτο πρῶτον ἐσκόπουν, δι' ὧν κολάσουσι τοὺς ἀκοσμοῦντας, ἀλλ' ἐξ ὧν παρασκευάσουσι μηδὲν αὐτοὺς ἄξιον ζημίας ἐξαμαρτάνειν.*

De Isaeo Jud. c. 2. p. 589. Genus dicendi, quo utebatur Isaeus generi Lysiano simillimum est, ut

in multis orationibus non facile quis, nisi multo usu eorum, quibus alter ab altero distinguatur, gnarus, dignoscere possit utrum oratorem auctorem habeant: ἀλλὰ παρακρούσεται ταῖς ἐπιγραφαῖς, οὕτως ἀ κ ρ ι β ῶ ς ἐχούσαις, ὡς διὰ μ ι ᾶ ς δηλοῦται μοι γραφῆς. Hinc qui commodam sententiam elicere poterit, „erit mihi magnus Apollo." Interpres „fallunt (sc. orationes) enim inscriptionibus ac titulis, non usque eo studio compositis, ut ab uno eodemque scriptae videantur." Legit igitur οὐχ οὕτως, reliqua verbis Graecis vix lucidio ra Etiam Reisk. post ἐπιγραφαῖς „particulam οὐχ, vel simile quidpiam" excidisse suspicatur „atque illa quae sequuntur ὡς διὰ μιᾶς δηλοῦται μοι γραφῆς", inquit „innuere videntur Dionysium alium tractatum reliquisse de Isaei orationibus." Qui nuper (a. 1863) de libris rhetoricis Dionysii egit, Frider. Blassius, in dissertatione inaugurali, Bonnae edita, p. 16. nos docet Alb. Beckerum, qui interpretatus est libellum de vi dic. Demosthenis, „hunc locum de libro nondum scripto intelligere, δηλοῦται praesente futuri significatione accepto". Quodsi nullum erit discrimen inter futuri et praesentis temporis notionem abiciamus grammaticas et omnia bono animo explicanda aggrediamur. Ipse Beckero non adsentitur sed emendat: ἀλλὰ παρακρούσεται ταῖς ἐπιγραφαῖς ο ὐ δ α μ ῶ ς ἀκριβῶς ἐχούσαις, ὡς διὰ ἰ δ ί α ς δηλοῦται μοι γραφῆς, i. e. qui non multo usu utrumque oratorem triverit, *decipietur librorum inscriptionibus, neutiquam accurate scriptis, ut libro de industria de ea re composito mihi demonstratur.*

Habebimus igitur Dionysium libellum scribentem, ut probet nusquam (aut neutiquam?) titulos librorum, qui Lysiae et Isaei orationes contineant, accurate sese habere. Videntur mihi omnes omnia molientes καὶ πάντα ἄνω καὶ κάτω στρέφοντες, ut novum librum deperditorum Dionysii operum indici addant, non satis attendisse ad constructionem οὕτως — ὡς. Confiteor me totum quidem locum in integrum revocare non posse, partim vero sanare et sententiam expiscari posse mihi videor. Si orationum tituli tam ἀκριβεῖς fuissent, unde discernendi difficultas orta esset? Inscriptiones autem inter se simillimae erant, quia vocabula ICAIOT et ΛΤCIOT eiusdem fere litterarum ductibus scribebantur, ut nisi accuratissime scriptae discerni vix possent. Non igitur ἀ κ ρ ι β ῶ ς immo ἀ κ ρ ί τ ω ς εἶχον: discrimen inter utrumque nomen tam exiguum erat, ut facile oculos falleret. Reliqua ita fere emendanda erunt: ὥστε διὰ μιᾶς δ η λ ο ῦ σ θ α ί τοι γραφῆς. Si quis alia ratione ea verba emendare maluerit, fruatur, ut cum Sylb. loquar, suo iudicio, dummodo μιᾶς intactum retineat. Omnino ex catalogo librorum Dionysii ille „tractatus" de Isaei orationibus obliterandus erit, nec cum Sylb. de eodem libro cogitandum, quem in Iud. de Lys. c. 14. p. 485. memorat, de orationibus Lysiae denegandis, aut attribuendis.

Ceterum orationum inscriptiones etiamsi nulla ex litterarum similitudine turba oriri posset, non multum auctoritatis habuisse, efficere licet ex ratione qua D. orationes Dinarchi falsas et genuinas discernendas esse docet. Primum scilicet accurate novisse oportet, quae, qui ab eius dicendi genere non valde abhorreant oratores, propria habeant: *πρῶτον μὲν εἰ ἐπίσταιτο* (sc. *τις*) *τοὺς τῶν ἄλλων χαρακτῆρας· ἔπειτα, τοὺς μὲν Λυσίου παραπλησίους λόγους τούτῳ προςφέροι· τοὺς δ' Ὑπερείδου δόξαντας εἶναι τισί Δεινάρχου λόγους*, exciderunt verba *τούτῳ ἀποδιδοίη* vel similia quaedam, quae respondeant priori *τούτῳ προσφέροι* et sequenti *διαβεβαιοῖτο*, nam ita procedit sententia *μακρὰ ταῖς ἐπιγραφαῖς τῶν βιβλίων χαίρειν εἰπών· τοὺς δὲ τῷ Δημοσθενικῷ χαρακτῆρι προςεληλυθότας ὡς οἷόν τε (μάλιστα?) τούτου τοῦ ἀνδρὸς διαβεβαιοῖτο εἶναι.* Vides periodi schema supplementum exigere: *τοὺς μέν — τούτῳ προςφέροι, τοὺς δέ — (τούτῳ ἀποδιδοίη) — τοὺς δὲ — τούτου — διαβεβαιοῖτο εἶναι.* Animi causa addo interpretem verba *μακρά — εἰπών* ioculari anxietate ita vertere: dicens inscriptionibus librorum illum maxime delectari!

Iud. de Isaeo c. 20. p. 618. Omnibus, qui elocutionis elegantis et humilis, quam ornatae et sublimis studiosiores fuerant, recensitis, ita concluditur: *τούτων δὴ φημὶ τῶν ἄνδρων καὶ τῶν παραπλησίων τούτοις, διαφέρειν οἰόμενος Λυσίαν, καὶ ὥςπερ' ἀρχέτυπον ὑ π ο γ ρ ά φ ω ν ὑπερέχειν ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα, ταύτης*

τῆς προαιρέσεως τῶν λόγων ἐποιησάμην κανόνα. Non uno haec nomine correctoris manum expectant. Primum ei qui „aio" illud sententiae obtrudit, suum censeo reddamus. Videtur iam corrupta apodosi qua ratione verba cohaererent non perspiciens, ut se molestiis expediret, *φημί* inseruisse. *ὑπόγραφ*ΟΝ Graeci non noverunt, *ὑπογραφήν* agnoscunt, sed est *adumbratio*, *extrema lineamenta*, ut in Ant. Rom. l. II. c. 72. „omnia quae fetialibus mandata sunt explicare, facile non est, *κ ε φ α λ α ι ώ δ ε ι δ' ὑ π ο γ ρ α φ ῇ δηλῶσαι τοιάδ' ἐστίν.* Nostro autem loco eandem requirimus oppositionem, qua utitur Iud. de Isaeo c. 11. in. *Τίς ἂν* (l. *μὲν*) *οὖν οὐκ ἂν ὁμολογήσειε τὸν μὲν Λυσίου νέον* (i. e. iuvenis qui, causarum litiumque imperitus et ab adversario ad litigandum coactus, cuius mores (*ἦθος*) egregie Lysias effinxerat, contra Archebiaden causam dicit) — *ἀρχέτυπόν τινα εἶναι τῆς ἀληθείας, διαφέροντα ἐκείνης οὐδ' ὁτιοῦν· τὸν ἕτερον δὲ*, (iuvenis ab Isaeo inductus) *ἀπόγραφόν τινα.* De permutatione siglarum quibus praepositiones *ἀπό* et *ὑπό* indicantur consule V. C. Cobetum in V. L. p. 274 sq. Hisce omnibus bene perpensis, totus locus ita mihi constitutus maxime placeat: *Τούτων δὴ [φημί] τῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν παραπλησίων τούτοις, διαφέρειν οἰόμενος Λυσίαν, καὶ ὥςπερ ἀρχέτυπον ἀ π ο γ ρ ά φ ω ν ὑπερέχειν, ἐ κ ε ῖ ν ο ν* (editur *ὑπερέχειν ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα,*) *τ ὸ ν ἄ ν δ ρ α* (virum *illum*, nam libri argumentum Isaeus est, de Lysia in priore capite disputave-

rat) *ταύτης τῆς προαιρέσεως τῶν λόγων ἐποιησάμην κανόνα.*

In Iud. de Lysia c. 15. p. 487. eadem imperitia qua hic *φημί* insertum esse vidimus, duplici obiecto, quod dicunt, sententia donata est. Est caput de virtutibus Lysiae *ἐν τῷ πραγματικῷ τόπῳ, ἐπειδὴ,* inquit D. *τὸν ὑπὲρ (περὶ?) τῆς λέξεως ἀποδέδωκα.* Scatet textus omnium librorum Rhetoricorum lacunis plerumque parvis nec difficilibus suppletu [1]). Quidnam id est: *τὸν ὑπὲρ τῆς λέξεως ἀποδέδωκα?* Quid exciderit, neminem fugere potest, *λόγον* cf. c. 16. *ἀποδεδωκὼς δὲ τὸν ὑπὲρ τῶν ἀρετῶν τε καὶ στοιχείων λόγον, ἐρῶ νῦν κ. τ. ἑ.* cf. etiam de Isaeo c. 19. *βούλομαι δὲ ἤδη καὶ περὶ τῶν ἄλλων ῥητόρων ἀποδοῦναι τὸν λόγον.* Mox leguntur verba: *οὐδὲν γὰρ ἁπλῶς Λυσίας παραλείπει τῶν στοιχείων, ἐξ ὧν ὁμολογεῖ, οὐ τὰ πρόςωπα, οὐ τὰ πράγματα κ.τ.ἑ. ἐξ ὧν ὁμολογεῖ* aut lacunosum, aut corruptum est, fortasse: *ἐξ ὧν ὁ λόγος σύγκειται.* Duplex enim genus elementorum (cf. Quint. 3. 3. 13. „elementa, quae vocant *στοιχεῖα*") in artificiosa qua utuntur lingua rhetores distinguunt. Primum genus sunt quinque illae, sive partes, sive elementa rhetorices, nam gravis de eo nomine oritur inter *γραμματικῶν παῖδας* dissensio (cf. Qu. ib. §. 13.), inventio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio. Alterum genus sunt decem elementa quae Aristoteles constituit, circa quae versari videatur omnis quaestio, de quibus vide Quint. 3. 6. 23., qui, diversam secutus distributionem, enumerat personam, tempus, locum, tempus iterum, quod *καιρὸν* appellant, actum, i. e. *πρᾶξιν*, numerum, causam, *τρόπον*. Sic Dion. *τὰ πρόσωπα, τὰ πράγματα, τὰς πράξεις, τοὺς τρόπους, τὰς αἰτίας, καιροὺς, χρόνους, τόπους.* De priore genere cogitavit is, qui extremo capiti inseruit *τοῦτο τὸ στοιχεῖον*, verba enim haec sunt: *ἐκ δὲ* (quia concluditur, scribendum est *δή*, ut supra de Isaeo c. 20. *τούτων δὴ τῶν ἀνδρῶν.*) *τούτων παρακελεύομαι τοῖς ἀναγιγνώσκουσιν αὐτὸν* (sc. Lysiam) *τὴν μὲν εὕρεσιν τῶν ἐνθυμημάτων καὶ τὴν σύγκρισιν ζηλοῦν, τὴν δὲ τάξιν καὶ τὴν ἐξεργασίαν* (editur *ἐργασίαν*) *αὐτῶν, ἐνδεεστέραν οὖσαν τοῦ προςήκοντος, μὴ ἀπὸ τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλὰ παρ' ἑτέρων, οἳ κρείττους οἰκονομῆσαι τὰ εὑρεθέντα ἐγένοντο, περὶ ὧν ὕστερον ἐρῶ, [τοῦτο τὸ στοιχεῖον] λαμβάνειν.* *Τοῦτο τὸ στοιχεῖον* nihil est nisi *ἐπανάληψις* verborum: *τὴν δὲ τάξιν καὶ τὴν ἐξεργασίαν αὐτῶν* et additamentum non modo otiosum, sed sententiae quoque concinnitati nocivum.

Est igitur Lysias *δεινός* quod ad inventionem attinet, minus laudandus in dispositione (memoria et

---

[1]) Exemplo sint verba ex libro de C. V. p. 118. *ἑνὸς ἔτι παραθήσομαι λέξιν, ᾧ τὰ ἀριστεῖα τῆς ἐν λόγοις δεινότητος καταδίδωμι.* Adde *λέξιν* (*ἀνδρός*) et compara p. 181. *Ἑνὸς ἔτι παραθήσω λέξιν ἀνδρός εἰς τὸν αὐτὸν κατεσκευασμένην χαρακτῆρα.* Est haec locutio inter eas, quibus tamquam verbis conceptis utitur D. sicut altera illa: *εἷς ἔτι μοι καταλείπεται λόγος*

actio ad vivum tantum oratorem referuntur, ne elocutio quidem, hoc quidem loco, ad rem facit, quia de πραγματικαῖς ἀρεταῖς agitur), qui vero τὴν τοῦ Λυσίου σύγκρισιν imitabimur? i. e. comparationem cf. de Isocr. c. 16. ἐπιτίθησι τούτοις τὴν σύγκρισιν τῶν τοτ' ἀνθρώπων πρὸς τοὺς προγόνους. Non vero συγκρίσει oratori sed κρίσει opus est, namque ipse Lysias ὅτε μὴ πᾶσιν ἐξῆν χρῆσθαι τοῖς εὑρεθεῖσι, τῶν κρατίστων δὲ (l. τε) καὶ κυριωτάτων ἐκλεκτικὸς ἦν et [1]) κριτικὸς ὧν δεῖ λέγειν. Audiamus Quint. 3. 3. 5. „His adiecerunt quidam sextam partem, ita ut inventioni *iudicium* subnecterent, quia primum esset invenire, deinde *iudicare.*"

Non raro praepositio σύν aut incommode additur, aut abest ubi deesse non potest. In prooemio Areopagitici de C. V. c. 23. prius mendum occurrit: ὁρῶ γὰρ τῶν πόλεων, τὰς ἄριστα πράττειν οἰομένας, κάκιστα [συμ]βουλευομένας. Recte apud Isocratem editur βουλευομένας, nec non in Epitome p. 25. 12. Video etiam Schaeferum optimam hanc Sylburgianam lectionem revocasse. Videtur apud sequiores συμβουλεύειν idem valuisse quod βουλεύεσθαι. In Ant. Rom. lib. X. c. 13. ταῦτα τὰ βουλεύματα ἦν αὐτῶν, ὦ βουλή, (est oratio consulis, dolosa et insidiosa tribunorum consilia aperientis) καὶ τὸν μετα-

[1]) κομμάτιον: καὶ κριτικὸς ὧν δεῖ λέγειν male vel adeo omnino non cum ceteris cohaeret. Sententiae schema hoc esse videtur: ἐν οἷς — λέγει — ποιεῖ, κριτικὸς (ὢν) ὧν δεῖ λέγειν — καὶ ἐκλεκτικός.

ξὺ χρόνον ὃν ἑωρᾶτε [συμβουλεύοντας καὶ] συνεδρεύοντας αὐτοὺς οὗτος ὁ δόλος ὑπ' αὐτῶν ὑφαίνετο κ. τ. ἑ. Summo iure editor Cod. Urb. secutus scholion expulsit, quod adscriptum est ut συνεδρεύειν explicaretur. In ultimis eiusdem capitis verbis συν iure a Schaefero addita est: οὐκ ἀναγκαῖον εἶναί μοι δοκῶ μηκύνειν καὶ τὰ λοιπὰ διεξιών· ἱκανῶς γὰρ εἴρηται καὶ περὶ ταύτης τῆς συνθέσεως (antea θέσεως) sc. τῆς γλαφυρᾶς καὶ ἀνθηρᾶς.

In eiusmodi clausula de Isaeo c. 18. adverbium ἱκανῶς restituendum: καὶ περὶ μὲν τούτων (adde ἱκανῶς), ὡς ἔχω δοξῆς, δεδήλωταί μοι. Sicut vero κρίσις praestat συγκρίσει in loco supra l., ita συγκρίνεσθαι pro κρίνεσθαι reddendum erit Iudicio de Isaeo c. 20. i. f. Non opus est, inquit noster, multum spatii impendere aequalibus Isocratis, qui eius dicendi genus imitati sunt: οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνοι κρίνεσθαι (lege συγκρίνεσθαι) πρὸς τὴν Ἰσοκράτους δύναμίν εἰσιν ἐπιτήδειοι. Ut semel absolvam omnia quae de praep. συν observavi, legitur de C. V. c. 25. R. 195. πᾶσα λέξις ἡ δίχα μέτρου ἐγκειμένη i. e. ἄμετρος. Milites quidem ἔγκεινται τοῖς φεύγουσιν, λόγος autem σύγκειται, *compositus est.* Iam Reisk. ita emendavit, et, si quid opus est, coniectura lectione Epitomae p. 26. vs. 15. confirmatur. Qui vulgatam tuentur provocant ad p. 199. R. Αὐτίκα ὁ κατ' Ἀριστοκράτους λόγος — ἄρχεται μὲν ἀπὸ Κωμικοῦ στίχου τετραμέτρου. δὶ ἀναπαιστῶν τῶν [1]) ῥυθμῶν ἐγκει-

μένη. Sed quem producunt testem, ipse incorruptus non est. Manifeste enim legendum: ἐξ ἀναπαιστικῶν ῥυθμῶν [2]) συγκειμένου cf. d. C. V. p. 115. ὥςτε — σεμνὸν καὶ τοῦτο ἐκ τῶν εὐγενεστάτων τε καὶ καλλίστων ῥυθμῶν συγκείμενον; unde emendari possunt quae eadem pagina leguntur: εἰ μὴ τῷ συγκεῖσθαι διὰ (l. ἐκ) τῶν καλλίστων τε καὶ ἀξιολογωτάτων (num ἀξιοματικωτάτων?) ῥυθμῶν. cf. p. 114 vs. 7. ἅπαντες ἀξιοματικοί et de Dem. p. 1103. vs. 10. Ne temere mutare et sursum deorsum omnia miscere videar, ipse testes afferam. In Var. Lect. Cobeti V. C. p. 68. legitur: „In multis Codicibus, utrum δι an ἐξ scriptum sit discerni non potest. Qui codicum inspiciendorum facultatem non habent, Bastium inspiciant in Comment. Palaeogr. p. 711. vix credas nisi id per multos annos diligenter observaveris, quam saepe in compositis, δι et ἐξ confusa in libris nostris lectores minus acutos et suspicaces ludificentur." Exempla ibidem velim relegas. P. 219: „Sexcenties factum est ut ἐξ et δι confunderentur. Scribuntur haec ductu tam simili, ut oculis discerni vix possint; discerni debent ἐκ τῶν συμφραζομένων" et quae seq. p. 244: „Frequens est dittographia in διεξ, ubi du-

---

[1]) ῥυθμόν Dionysius intelligit πόδα quod saepius affirmat cf. de C. V. c. 17. l. f. ἁπλοῦς δὲ ῥυθμὸς, ἢ πούς κ. τ. ἑ. et ib. initio: τὸ δ' αὐτὸ καλῶ πόδα καὶ ῥυθμόν.

[2]) Recte interpres verba depravata vertit: tetrametro, ex pedibus *composito anapaesticis.*

bius haeret scriba utrum δι an ἐξ sit scribendum, apponit utrumque". cf. etiam quae allata sunt exempla p. 236. In eodem libro p. 199. de confusione inter σύν et ἐν haec leguntur: „In codicibus ἐν et σύν tam simili forma sunt, ut subinde oculis discerni non possit utrum ε an συ sit legendum." Eadem igitur valent de ἐγ et συγ. Restat ut probare aggrediar non semel adiectiva in ικός exeuntia in textu Dion. depravata esse. De C. V. c. 18. statim initio, postquam de metris et rythmis fusius quaedam disseruit: ὧν δὲ ἕνεκα νῦν ὑπήχθην ταῦτα προειπεῖν — οὐ γὰρ δὴ τηνάλλως γέ μοι προὔκειτο ῥυθμῶν τε καὶ μετρικῶν ἅπτεσθαι θεωρημάτων — ταῦτα ἐστίν. Quae simillima sunt inter se particulis τε — καί colligari solent, non nimis audax igitur qui mutaverit: ῥυθμικῶν. Contra ib. p. 108. δακτυλικός editur, quamquam Cod. Reg. 1. habet δάκτυλος. Leg. sc. ὁ δ' ἀπὸ τῆς μακρᾶς ἀρχόμενος, λήγων δ' εἰς τὰς βραχείας, Δακτυλικός μὲν καλεῖται. „Excusari quidem et haec lectio potest," ut observat Sylb., sed praecedentia: Ἡγεμών τε καὶ Πυρρίχιος καλεῖται,

κέκληται μὲν Σπονδεῖος,
Ἴαμβος καλεῖται,
Τροχαῖος,
ὁ μὲν γὰρ — καλούμενος δὲ ὑπό τινων Χορεῖος,
Μολοττὸν δ' αὐτὸν οἱ μετρικοὶ καλοῦσιν,
Ἀμφίβραχυς ὠνόμασται,
Ἀνάπαιστος μὲν καλεῖται

clamant — *ός* in *ικός* abiisse.

p. 116. Proemium orationis funebris quam Socrates refert in Menexeno in pedes dividens de prima sententia ita exponit: *ἐν τούτοις δύο μέν ἐστιν — κῶλα· ῥυθμοὶ δὲ οἱ ταῦτα διαλαμβάνοντες οἵδε· βακχεῖος μὲν ὁ πρῶτος· οὐ γὰρ δή γε ὡς ἴ α μ β ο ν ἀξιώσαιμ' ἂν ἔγωγε τὸ κῶλον τουτὶ ῥυθμίζειν.* Difficile est, credo, totum *κῶλον* ita numerare, ut *unus* evadat iambus. Igitur *ὡς ἰαμβικόν.* p. 203. *τὸ δ' ἐπὶ τούτῳ λαμβανόμενον κῶλον ἐξ ἀ ν α π α ί σ τ ω ν σύγκειται ῥυθμῶν* (l. *ἀναπαιστικῶν*). Contra in Epit. p. 26. legitur *ποιηκὴν ἢ μελικήν — χάριν*, quod nemo, opinor, corrigere dubitaverit. In vita Dinarchi in iisdem verbis, quae infra mendo liberare conatus sum legitur: *ὁρῶν δὲ* Dinarchum *καταλελοιπότα δημοσίους τε καὶ ἰ δ ί ο υ ς λόγους*, immo, reliquit *λόγους ἰ δ ι ω τ ι κ ο ύ ς*, opponuntur enim *λόγος δημόσιος*, defensio aut accusatio *in causa publica*, diligenter a *δημηγορίᾳ* i. e. *contione* discernenda, et *λόγος ἰδιωτικός* oratio in causa privata habita sive privato homini conscripta cf. de vi dic. Dem. p. 1125. *ὁ γὰρ ἀνήρ ἐν μὲν τ α ῖ ς δ η μ η γ ο ρ ί α ι ς καὶ τ ο ῖ ς δ η μ ο σ ί ο ι ς ἀ γ ῶ σ ι — κέχρηται τῇ τοιαύτῃ κατασκευῇ πολλάκις — ἐν δὲ τοῖς ἰ δ ι ω τ ι κ ο ῖ ς λόγοις, οὓς περὶ μικρῶν συμβολαίων, ἰδιωταῖς ἀνθρώποις ἔγραψε, τὴν κοινὴν λέξιν ἐπιτηδέυει.*

Contra *ός* in *ι κ ό ς* abiit de Thuc. p. 941. *ὅταν μὲν οὖν τεταμιευμένως αὐτῇ χρήσηται καὶ μετρίως*, (sc. dictione sua ab omnibus reliquis discrepanti) *θαυμαστός ἐστι καὶ οὐδὲ σ υ γ κ ρ ι τ ι κ ὸ ς* (Sylb. „omnino „legendum *συγκριτός*, comparabilis"), *οὐδ' ἑτέρῳ* (l. *οὐδένι ἑτέρῳ*?) *ὅταν δὲ κατακόρως καὶ ἀπειροκάλως — μ ε μ π τ ό ς.*

Eo nomine Thuc. insectatus, ita pergit: Equidem non probo historiam arida, inornata ac vulgari dictione conscriptam, immo, habeat poetici aliquid, dum ne nimium. *ἀνιαρὸν γὰρ ὁ κόρος, κ α ὶ τ ῶ ν π α ν ὺ ἀ η δ ῶ ν· ἡ δὲ συμμετρία, πανταχῇ χρήσιμον.* Haec quidem ita explicari possunt: satietas est earum rerum, quae valde molestae sunt, est vero constructio insolentior et nimis procul quaesita. Legendum suspicor: *καὶ τῶν πάνυ ἡ δ έ ω ν*, etiam gratissimarum rerum satietas odiosa. Talia de eodem scribit, pugnas pugnis et orationes orationibus cumulanti, in Ep. ad Pomp. p. 772. Pindarum laudans: *Κόρον δ' ἔχει, Φησίν ὁ Πίνδαρος, καὶ μέλι καὶ τὰ τερπνὰ ἀΦροδίσια.* et de C. V. *κόρον γὰρ ἔχει καὶ τὰ καλὰ πάντα, ὥςπερ καὶ τὰ ἡδέα, μένοντα ἐν τῇ ταυτότητι* et eadem fere p. 69. *καὶ γὰρ ἡ μεταβολὴ παντὸς ἔργου χρῆμα ἡδύ*, quae Epitome in proverbium commune contrahit: *μεταβολὴ γὰρ πάντων ἡδύ.*

In capite proximo p. 942. errore manifesto pro Aoristo, Futurum editur: *Εἷς ἔτι μοι καταλείπεται λόγος περὶ τῶν μ ι μ η σ ο μ έ ν ω ν τὸν ἄνδρα* (Thuc.) *ῥητόρων τε καὶ συγγραΦέων.* Reliqua opusculi capita satis suadent *μιμησαμένων* legendum esse, namque

non de iis disserit, qui Thucydidem imitaturi sint, sed postquam veterum neminem Thucydideae dictionis studiosum fuisse ostendit, inter recentiores Demosthenem *κατὰ πολλὰ τοῦ Θουκ. ζηλωτὴν γενέσθαι* demonstrat, quam sententiam in libr. de Demosthenis eloquentia latius fusiusque elaboravit. Praeter hoc mendum, quod facile tollitur, tota periodus lacunosa est: Εἷς, inquit, *ἔτι μοι καταλείπεται λόγος, περὶ τῶν μιμησαμένων τὸν ἄνδρα ῥητόρων τε καὶ συγγραφέων, ὥςπερ τις καὶ ἄλλος εἰς τὴν συντέλειαν τῆς ὑποθέσεως, ὄκνον δέ τινα καὶ πολλὴν ἐυλάβειαν ἡμῖν παρέχων.* Quid dixerit D. non obscurum: Restat mihi de oratoribus et historicis dicere, qui Thucydidem imitati sunt, res utilissima quidem ut liber noster omnibus numeris absolutus evadat, nobis vero cet. Excidisse censeo adiectivum *ἀναγκαῖος*: *λόγος* (*ἀ ν α γ κ α ῖ ο ς μ ὲ ν*), *εἴπερ* (non *ὥςπερ*) *τις καὶ ἄλλος εἰς τὴν συντελειαν τῆς ὑποθέσεως, ἡμῖν δ ὲ κ. τ. ἑ.*

R. p. 791. Epist. de Thuc. ad Amm. c. 2. ubi citantur *κατὰ λέξιν* quae in libro de Thucyd. Tuberoni misso c. 24. scripserat, haec eduntur: *πλεῖστα δ' ἄν τις εὕροι παρ' αὐτῷ, [τῶν σχημάτων] προσώπων τ' ἀποστροφαῖς, καὶ χρόνων ἐναλλαγαῖς, καὶ τοπικῶν σημειώσεων μεταφοραῖς* (interpres plane barbare: *localium notationum discrepantia*, num *τ ρ ο π ι κ ῶ ν*?) *ἐξηλλαγμένα, καὶ σολοικισμῶν λαβόντα φαντασίαν* (Iud. *φαντασίας*) *ἀ π ο σ τ έ γ ε ι ν· ἢ τὰ πράγματα ἀντὶ σωμάτων, ἢ τὰ σώματα ἀντὶ πραγμάτων, καὶ ἐφ'*

ὧν ἐνθυμημάτων (τε καὶ νοημάτων) (verba uncis inclusa in Iud. non leguntur) *αἱ μεταξὺ παρεμπτώσεις πολλαὶ γιγνόμεναι, διὰ μακροῦ τὴν ἀκουλουθίαν κομιζονται, τά τε σκολιὰ, καὶ πολύπλοκα, καὶ δυσεξελικτὰ, καὶ τὰ ἄλλα τὰ συγγενῆ τούτοις.* Ipsa haec sententia est earum, quae *διὰ μακροῦ τὴν ἀκολουθίαν κομίζονται*, immo, ut nunc quidem morata est, plane *ἀνακόλουθος*. Primas genetivus *τῶν σχημάτων* facessit molestias: *plurimas invenies figurarum a communi loquendi consuetudine deflexas*, (in Iud. de Thuc. legitur: *ἐξηλλαγμένα τῶν συνήθων*, saepius autem apud D. ea quae a communi sermonis usu abhorrent, cum absolute *ἐξηλλαγμένα* vocantur, tum additur *τοῦ συνήθους* vel *τῶν συνήθων*, absolute v. c. de vi dic. Dem. c. I.) est verborum certe non elegans constructio, paulo melius. Iud. *πλεῖστα — σχήματα*, optimum vero factu videtur et *σχήματα* et *τῶν σχημάτων* tamquam emblemata expungere, fortasse desumta ex sequentibus: *εὕροι δ' ἄν τις οὐκ ὀλίγα καὶ τῶν θεατρικῶν σχημάτων κείμενα παρ' αὐτῷ.* Neque enim *τὰ σχήματα ἐξαλλάττεται τῶν συνήθων* sed ut cum Quintiliano loquamur: (9. 1. 13.) „id — „accipi schema oportebit, quod sit a simplici atque „in promtu posito dicendi modo poetice vel oratorie „mutatum." Tertium argumentum, propter quod delendum videtur, est quod, si retinueris sive *τὰ σχήματα* sive *τῶν σχημάτων* nullo pacto priora sententiae verba cum sequentibus iungi poterunt. Haecce

enim evadet constructio: *πλεῖστα δ' ἄν τις εὕροι σχήματα — ἐξηλλαγμένα — ὅποσά τε γίγνεται πράγματα ἀντὶ σωμάτων, καὶ ἐφ' ὧν ἐνθυμημάτων κ. τ. ἑ.*

Aliquamdiu quaesivi, quid lateret sub miro illo: *ἀποστέγειν*, donec Iud. de Thucydide perlegens vidi: ΑΠΟϹΤЄΓЄΙΝ Η ΤΑ corruptum esse ex: ΟΠΟϹΑ ΤЄ ΓЄΙΝЄΤΑΙ i. e. librariorum *γίνεται* (cf. de *γίγνεσθαι* et *γείνεσθαι* Cobeti V. C. Var. Lect. p. 88). Eadem opera molesto illo articulo liberamur in *τὰ πράγματα ἀντὶ σωμάτων*, quod etiam ex *ἢ* [*τὰ*] *σώματα ἀντὶ πραγμάτων*, expellendum erit, quo post corrupta superiora insertum videtur.

Itaque *τὸ τῆς διανοίας σκελετόν*, si ita loqui licuerit, ni fallor, hoc est: *πλεῖστα δ' ἄν τις εὕροι παρ' αὐτῷ — ἐξηλλαγμένα τῶν συνήθων καὶ σολοικισμῶν λαμβάνοντα φαντασίας, ὅποσά τε γίγνεται πράγματα ἀντὶ σωμάτων, καὶ ἐφ' ὧν ἐνθυμημάτων* (i. e. *ἐνθυμήματα ἐφ' ὧν*) *αἱ παρεμπτώσεις — κομίζονται, τά τε σκολιὰ καὶ πολύπλοκα κ. τ. ἑ.*

P. 793. *τέσσαρα μέν ἐστιν ὥςπερ ὄργανα τῆς Θουκυδίδου λέξεως, τὸ ποιητικὸν τῶν ὀνομάτων, τὸ πολυειδὲς τῶν σχημάτων, τὸ τραχὺ τῆς ἁρμονίας, τὸ τάχος τῆς σημασίας.*

In Iudicio oculi scribae ab *σημασίας* ad praecedens *σχημάτων* aberrarunt, unde dedit *τὸ τάχος τῶν σχημάτων.*

Ib. *ὑπὲρ ἅπαντα δ' αὐτοῦ ταῦτα, τὸ παθητικόν.* Melius in Iud. *ὑπὲρ ἅπαντα δὲ ταῦτα, τ. π.*

Ep. ad Amm. II. c. 1. p. 789. *σοῦ δέ — ἀκριβεστέραν τὴν δήλωσιν τῶν ἰδιωμάτων τοῦ χαρακτῆρος νομίζοντος, εἰ παρὰ μίαν ἑκάστην τῶν παραθέσεων τὰς λέξεις τοῦ συγγραφέως παρατιθείην.* Laborat haecce periodos nimio *παρά. Παράθεσις* sensu concreto est id quod *παράκειται δείγματος ἕνεκα*, ut in ipsis verbis laudatis dicitur *παρατιθέναι τὰς λέξεις τοῦ συγγράφεως* i. e. fragmenta Thucydidis exempli causa apponere, ad probandas non *παραθέσεις*, quae ipsae confirmant, non confirmantur, sed *προθέσεις* *intentiones*, *propositiones* cf. c. 2. *ἵνα δὲ εὐπαρακολούθητος ὁ λόγος σοι γένηται, προθεὶς κατὰ λέξιν, ὅσα περὶ τοῦ συγγραφέως τυγχάνω προειρηκώς*, i. e. propositis breviter, quae de Thucydide censeam, *ἐπιτροχάδην ἀναλήψομαι τῶν προθέσεων ἑκάστην.* In libro enim, qui inscribitur de Thuc. hist. Iudic., Aelio Tuberoni dedicato, primum omnia, quae de Thuc. sentiebat, exposuerat, deinde, ut propositis fidem faceret, exempla attulerat. In Epistola autem, ab Ammaeo rogatus et exemplum Artium scriptorum secutus, propositionibus statim exempla et argumenta subiungit. cf. Iudic. de Thuc. c. 25. *ἐν ἀρχῇ μὲν οὖν τοῦ προοιμίου προθέσει χρησάμενος, ὅτι μέγιστος ἐγένετο τῶν πρὸ αὐτοῦ πολέμων ὁ Πελοποννησιακός — οὕτω γράφει.* Reisk. dubitat inter *προθέσεων* et *παραδόσεων* quod, eo quidem sensu, non memini usquam apud D. legisse.

De Comp. Verb. p. 123. R. in fragmento Hege-

siae Magnetis, nobilis illius rhetoris de quo Cicero salse: non quaerere, quem appellet ineptum, qui illum cognoverit et in quem Plutarchus quidem dicax fit cf. de Orat. § 226. et Alex. c. 3. in fragmento, inquam, quod cum si ad verba, tum si ad dictionis genus respexeris, *corruptissime* sese habet, legitur: (loquitur de *Φρουράρχῳ* urbis Gazae, qui ab Alexandro captus, loris per pedes traiectis, deinde currui alligatis, more Achilleo necatus est) *πιλούμενος δὲ* [1]) *κακοῖς περὶ πολλὰς τραχύτητας — ἔκραζεν.*

Etiamsi frigidissimus mortalium Hegesias fuerit, *πιλούμενος — κακοῖς — περὶ — τραχύτητας* „ferri non potest." Ne igitur gravius merito sophista noster oneretur, scribendum: *πιλούμενος δὲ κακῶς.* Certa fere corruptionum indicia praebent, qui Graeca Latine interpretentur, quoties in locum depravatum incidunt, alia praetermittentes, alia de suo addentes. M. Antonius Antimachus vertit: „Quibus malis gravatus, nimia doloris acerbitate clamorem sustulit." Relativum addidit, soli asperitatem praeteriit.

Eiusdem Hegesiae declamationis argumentum enarrans, exponit Dionysius de Alexandro Gazam oppugnante: p. 123. *τραυματίας τε γίγνεται κατὰ τὴν προσβολὴν καὶ τὸ χωρίον αἱρεῖ, χρόνῳ Φερόμενος· ὁ δ'*

[1]) Contra p. 559. *κακοῖς* abiit in *καλῶς*, emendavit Casaub. cf. p. dissert. 16.

ὑπ' ὀργῆς τούς τ' ἐγκαταληφθέντας ἀποσφάττει πάντας. Quid sit: u r b e m e x p u g n a r e t e m p o r e d u c t u m, non facile quis extricabit. Participium autem *Φερόμενος, ἔλιπε τὴν τάξιν* et in proximam sententiam transmigravit. Legendum enim: *καὶ τὸ χωρίον αἱρεῖ χρόνῳ· ὁ δ' ὑπ' ὀργῆς* [1]) *Φερόμενος τούς τ' ἐγκαταληφθέντας ἀποσφάττει. Χρόνῳ* adverbialiter positum est, *tandem* urbe potitus est, sicut apud Plat. in Symp. 217. C. *ὅμως δ' οὖν χρόνῳ ἐπείσθη* (de Socrate ab Alcibiade ad coenam vocato), eodem fere sensu quo *χρόνῳ ποτέ*: tandem aliquando, cf. Demosth. p. 1089. *μὴ* (sc. *δεῖ*) *κομίσασθαι τὰ ἡμέτερ' αὐτῶν χρόνῳ ποτέ;*

Cum Hegesiae ineptiis comparatur locus Homericus ex l. X; deinde ita concluditur: *οὕτως εὐγενῶς ἅμα καὶ δεινῶς πάθη λέγεσθαι προσῆκεν ὑπ' ἀνδρῶν Φρόνημα καὶ νοῦν ἐχόντων. ὡς δὲ ὁ Μάγνης εἴρηκεν, ὡς ὑπὸ γυναικῶν, ἢ κατεαγότων ἀνθρώπων λέγοιτ' ἄν, καὶ οὐδὲ τούτων μετὰ σπουδῆς, ἀλλ' ἐπὶ χλευασμῷ καὶ καταγέλωτι.* Sylb. „Si prius *ὡς* retinueris, proxime „sequens expungendum erit, vel in articulum *ὁ* mu„tandum, sic *ὡς δὲ ὁ Μάγν. εἴρηκεν, ὁ ὑπὸ γυν.* aut „priore *ὡς* sublato ita legendum: *ὁ δὲ Μ. εἴρηκεν,* „*ὡς ὑπὸ γυν.*" Priorem correctionem ne intelligo quidem, alteram non probo. Upt. adnotat. „Posterior

[2]) Cf. Ant. Rom. l. X. c. 75. (*εἰ μὲν οὖν οἱ δήμαρχοι*) *θυμῷ φερόμενοι. κ. τ. ἑ.*

„Sylb. emendatio videtur praeferenda. Quodsi *τοιαῦτά* „*ἐστιν* subintelligis, nulla opus erit emendatione." Talia vero non „*subintelligi*" sed disertis verbis addi solent. Facillime vero loco leviter corrupto mederi poterimus, pro priore *ὡς*, *οὕτως* restituentes: *οὕτως ὁ Μάγνης εἴρηκεν — ὡς ὑπὸ γυναικῶν — λέγοιτ' ἄν.* Suspicor etiam p. 115. *οὕτως* pro *ὡς* reponendum esse: *ὥςτ' εἰκότως ὑψηλὸς εἶναι δοκεῖ καὶ καλλιεπὴς καὶ εὐγενής, οὕτως ἐκλέγων τοὺς ῥυθμούς.*

De Comp. Verb. c. 23. p. R. 171. Agitur de polito ac florido compositionis genere et enumerantur omnia, quibus ab austero charactere differat: *εὔφωνά τε βούλεται εἶναι πάντα ὀνόματα καὶ λεῖα, καὶ μαλακὰ, καὶ παρθενωπὰ, τραχείαις δὲ συλλαβαῖς καὶ ἀντιτύποις ἀπέχθεταί που· τὸ δὲ θρασὺ πᾶν καὶ παρακεκινδυνευμένον [καὶ] δι' εὐλαβείας ἔχει.* Primum in Epitome p. 23. vs. 32. legendum: *πάν*ΤΑ ΤΑ *ὀνόματα* et ex hoc aliisque eiusdemmodi locis, ubi in emendando certo quodam fundamento nitimur, colligendum, Dionysium ne in his minoribus quidem indiligentiorem fuisse [1]). De illo *καὶ — ἔχει*, aut excidisse aliquid post *καὶ* statuendum est, aut coniunctio eo unde prodiit, remittenda, quod quia faciunt Epitome p. 23. vs. 33. et MS. Vossianus

---

[1]) De C. V. c. 20. *πρῶτον μὲν τοῖς δυσὶ στίχοις ἐν οἷς ἀνακινεῖ* (Exc. *ἀνακυλίει*) *τὴν πέτραν ἔξω δυοῖν ῥημάτων, τὰ λοιπὰ τῆς λέξεως μόρια πάντ' ἐστι — δισύλλαβα.* Leg. *ΜЄΝ ЄΝ*, quae est scriptura Epitom.

bono animo eadem via sequamur [1]). Restat tertia dum gravior aliquanto difficultas, *ἀπέχθεται* scilicet. Verbum est *ἀπεχθάνομαι*, non *ἀπέχθομαι* quamquam ea forma tanquam praesens esset ex locis corruptis in lexica irrepsit. Praeterea *ἀπεχθάνεσθαί τινι* significat „*odiosum esse alicui*" non „*odisse aliquem.* Neque Epitome, quae ex Cod. *M.* *ἀπέχεσθαι*, ex *R.* et *D.* *ἀπέχθειαι* exhibet, neque M. Voss. codici *M.* consentiens, hac quidem in re auxilium nobis ferre possunt. Solent autem in hocce vocabulo *ε* et *α* locos commutare, ut *ἐπάχθεται* fiat *ἀπέχθεται*. Locupletes citabo testes: Valckenarius ad Eurip. Hipp. vs. 1260: *οὐθ' ἥδομαι τοῖσδ' οὔτ' ἐπάχθομαι κακοῖς*, adscribit „olim *ἀπέχθομαι*" et mox in Annotationibus: „in cod. „Par. *ἐπάχθομαι*, in Flor. *ἀπάχθομαι*, quorum prius, „absque Codd. excogitatum ingeniosissimo Jo. Pier„sono Veris. p. 67. munitum auctoritate codicum „restituit Musgravius." Piersonus l. l. plura eiusdem corruptionis dabit exempla, quibus hocce Dionysianum addi poterit. Dionysio igitur reddamus suum *τραχείαις δὲ συλλαβαῖς — ἐπάχθεται.*

---

[1]) Eadem ratio est in initio c. 22: *τῆς μὲν οὖν αὐστηρᾶς ἁρμονίας τοιόσδε [καί] ὁ χαρακτήρ.* Epit. p. 21. vs. 29. eandem habet sententiam absque *καί*. Saepius *καί* incommode intruditur cf. Ant. Rom. lib. X. c. 20. Atque inde quidem ab editore eicitur, non aeque diligenti in c. XXXIX. *ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν, ὦ δημόται* (est oratio L. Siccii Dentati), *φρόνημα λαβόντες ἐλεύθερον, [καὶ] τὸν γεωμορικὸν νόμον εἰςφερόντων τῶν δημάρχων ἐπικυρώσατε.* Quia Graeci non dicunt *λάβετε καὶ ἐπικυρώσατε*, D. scripserat: *λαβόντες — ἐπικυρώσατε.*

Idem plane mendum, qua solent constantia talia redire, eadem ratione tollendum erit ex libro de vi dic. Dem. c. 36. p. R. 1066. Alii, inquit, aliis in oratione pedestri studuerunt numeris, idque varias ac multas ob causas, quarum altera est ἡ ἐκ λόγου καὶ προαιρέσεως ἐμφυομένη δόξα, δι' ἣν τὰ μὲν ἀσπαζόμεθα, τοῖς δ' ἀπεχθόμεθα. Ut vel taceam hanc verbi formam a Graecorum sermone alienam esse, *aliis delectamur, aliis invisi sumus*" non est sana rerum ipse natura inter se discrepantium oppositio, sed est quaedam nobis ratione et consilio nata opinio, quam quum sequimur, alia nobis placent, *alia* contra *odimus*. Legendum igitur τοῖς δ' ἐπαχθόμεθα.

Bis vel ter vidi apud Dion. ῥυθμοί et ἀριθμοί inter se commutatos. Primus locus exstat de Comp. Verb. c. 23. p. R. 184. Φωνηέντων μὲν γὰρ ἀντιτυπίαν οὐκ ἄν τις οὐδεμίαν εὕροι, ἐν γοῦν οἷς παρεθέμην ἀριθμοῖς, οἴομαι δ' οὐδ' ἐν ὅλῳ τῷ λόγῳ. Laudaverat enim fragmentum ex Areopagitico Isocratis, ut levis ac floridae verborum compositionis adduceret exemplum. Periodi Isocrateae neque sunt, credo, neque umquam vocantur ἀριθμοί. Sin verba Latine verteris nil sonabit vitii „*in iis quidem, quos exempli causa apposui numeris.*" cf. Quint. „numeros ῥυθμούς accipi volo." Praestat ig. ἐν γοῦν οἷς παρεθέμην ῥυθμοῖς. Alter locus est in libro de vi dic. Dem. c. 54. statim initio. Φέρε γάρ, ἐπιχειρείτω τις προφέρεσθαι τούσδε ἀριθμούς. Sequuntur sen-

tentiae quaedam ex Dem. περὶ παραπρεσβείας. Contendit enim orationem Demosthenicam ita esse comparatam, ut vel ipsa per se satis ostendat, qualis ei pronuntiatio maxime conveniat. Ἀριθμοὺς varia vocis flexione et decora actione declamare est res sane non facillima, sed ita Dion. provocat τὸν βουλόμενον: Agedum, pronuntiare aliquis mihi conetur *hosce numeros*: τούσδε (τοὺς) ῥυθμούς. In edit. Reisk. tertio quoque loco eadem confunduntur de Verb. Comp. c. 17. in. ἐπεὶ δὲ τοὺς ἀριθμοὺς ἔφην οὐ μικρὰν μοῖραν ἔχειν τῆς ἀξιωματικῆς καὶ μεγαλοπρεποῦς συνθέσεως. Correxit Schaeferus cum MSS. Reg. 1 et Colb. τοὺς ῥυθμούς, quam correctionem vel absque Cdd. ipsa D. verba praebeant, nempe ita pergit: ἵνα μή μέ τις εἰκῇ δόξῃ λέγειν, ῥυθμοὺς καὶ μέτρα μουσικῆς οἰκεῖα θεωρίας, εἰς οὐ ῥυθμικὴν, οὐδ' ἔμμετρον εἰσάγοντα διάλεκτον κ.τ.ἑ. Retinet tamen Schaef. huius capitis inscriptionem paulo absurdiorem: ἀριθμῶν ἢ ῥυθμῶν πέρι.

Non vero haec tantum apud Dion. πλημμελεῖται καὶ ἀρρυθμεῖται. De vi dic. Dem. c. 48. p. 1104 editur ἐμμελεία pro εὐμελεία. „Nolite, inquit, mi„rari, quod in pedestri quoque oratione metris et „rythmis variis locum esse affirmo," εἰ καὶ τῇ πεζῇ λέξει φημὶ δεῖν ἐμμελειας et εὐρυθμίας. Sylb. „pro ἐμμελείας rectius fortasse εὐμελείας." Nunc quidem „fortasse" nobis nil opus est, quoniam saepius D. disertis verbis distinguit inter utramque hanc virtu-

tem, quarum hanc oratoris sermoni, illam carminibus convenire ostendit. Cf. p. 1110. c. 50. ubi pluribus verbis docet quid sit *ἔμμετρος* et *ἔρρυθμος* et qua ratione ab *εὔμετρος* et *εὔρυθμος* differant. Repetivit eam doctrinam ex libro de Comp. verb., quem ante opusculum de Dem. scriptum esse constat, idque ita ut nonnumquam utrobique utatur verbis eisdem cf. de C. V. c. 25. *οὐ δύναται ψιλὴ λέξις ὁμοία γενέσθαι τῇ ἐμμέτρῳ καὶ ἐμμελεῖ, ἐὰν μὴ περιέχῃ μέτρα καὶ ῥυθμούς τινας ἐγκαταμεμιγμένους ἀδήλως·* (Exc. et MS. Voss. *ἐγκατατεταγμένους*) *οὐ μέντοι προσήκει γ' ἔμμετρον, οὐδ' ἔρρυθμον, αὐτὴν εἶναι δοκεῖν· ποίημα γὰρ οὕτως ἔσται καὶ μέλος, ἐκβήσεταί τε ἁπλῶς τὸν αὑτῆς χαρακτῆρα· ἀλλ' εὔρυθμον ἀπόχρη καὶ εὔμετρον Φαίνεσθαι μόνον.* Eadem fere traduntur de Dem. c. 50. *οὐ γὰρ ἂν. ἄλλως γένοιτο πολιτικὴ λέξις παρ' αὐτὴν τὴν σύνθεσιν ἐμΦερὴς ποιήμασιν, ἂν μὴ περιέχῃ μέτρα καὶ ῥυθμοὺς ἐγκατακεχωρισμένους ἀδήλους·* (in Cod. *ἀδήλου*, ex loco superiore legendum esse patet *ἀδήλως*) *οὐ μέντοι γε προσήκει αὐτὴν ἔμμετρον, οὐδ' ἔρρυθμον εἶναι δοκεῖν, ἵνα μὴ γένηται ποίημα ἢ μέλος, ἐκβᾶσα τὸν αὑτῆς χαρακτῆρα· ἀλλ' εὔρυθμον αὐτὴν ἀπόχρη Φαίνεσθαι καὶ εὔμετρον.* Corrigendum igitur etiam de C.V. c. 25. p. 209. *τί οὖν ἦν ἄτοπον, εἰ καὶ Δημοσθένει Φροντὶς εὐΦωνίας καὶ εὐμελείας* (editur *ἐμμελείας*) *ἐγένετο.* Addam *ἐν* et *εὐ* etiam permutata fuisse de Verb. Comp. p. 130. ubi pro *ἐνθυμώμεθα* optime Reisk. *εὐθυμώμεθα* revocavit.

SCHOLIA ET EMBLEMATA.

De C. V. c. 3. p. 12. *Ἵνα δὲ μὴ δόξω, [Φασὶν], ἀναπόδεικτα λέγειν* [1]). Non affert proverbium, neque fabellam quandam populi; sed sunt verba tritissima et nemini ab altero mutuanda. Schaef. „*Φασὶν* saepe ita *παρενθέτως* „inseritur." Ita! numquam vero sine causa ut hic. Delendum igitur videtur, sicut Ars. Rhet. p. 338. *ταῦτα κελεύσας ἐπάγει [Φησὶ] καὶ τὴν ἀπειλὴν, ἐὰν δή τις χωρίζηται*, sequitur vs. 381. Iliad. *β*. Eiusdem additamenti exemplum attulimus p. 21. ex Iud. de Isaeo p. 628.

P. 16. *ἔστι δὴ παρὰ τῷ Ἡροδότῳ βασιλεύς τις Λυδῶν — τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ἐρῶν, ἔπειτα ἀξιῶν τινα τῶν ἑταίρων αὐτοῦ γυμνὴν τὴν ἄνθρωπον ἰδεῖν· ὁ δὲ, ἀπομαχόμενος μὴ ἀναγκασθῆναι· ὡς δὲ οὐκ ἔπειθεν, ὑπομένων καὶ θεώμενος αὐτήν. [Γύγης ἦν].*

[1]) Cf. de Isaeo. p. 617. *μή τις ἀναπόδεικτα δόξῃ λέγειν ἡμᾶς.*

Γύγης ἦν videtur scholion adscriptum verbis: *τινα τῶν ἑταιρῶν αὐτοῦ*. Orationis forma eadem fere est, quae p. 12. leg. *ἔστι δὴ παρ' Ὁμήρῳ μὲν ὁ παρὰ τῷ συβώτῃ κατάγομενος Ὀδυσσεὺς περὶ τὴν ἑωθινὴν ὥραν ἀκρατίζεσθαι μέλλων — ἔπειτα ὁ Τηλέμαχος αὐτοῖς ἐπιφαινόμενος.*

P. 20. *ἐξ ὧν ἄν τις τεκμήραιτο, ὅτι οὐκ ἐν τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων ἡ πειθὼ τῆς ἑρμηνείας ἦν, ἀλλ' ἐν τῇ συζυγίᾳ [ἦν]*. Alterum *ἦν* male abundat, et teste Reisk. deest ex Reg. 1 et Colb.

P. 30. *καὶ οὐδεὶς ᾤετο [δεῖν] ἀναγκαῖον αὐτὸ* (sc. *τὸ συντιθέναι δεξιῶς τὰ ὀνόματα*) *εἶναι, οὐδὲ συμβάλλεσθαί τι τῷ κάλλει τῶν λόγων*. Quamvis frequenter *οἴομαι δεῖν* componantur, si *ἀναγκαῖον αὐτὸ εἶναι* quidem non est mendosum, Infinitivo *δεῖν* locus nullus est. Item *δεῖν* loco inopportuno insertum fragmento orationis funebris Thucydideae Ars Rh. c. 9. *νομίζων ἐπί τε τῷ παρόντι οὐκ ἂν ἀπρεπῆ λεχθῆναι [δεῖν] αὐτά.*

P. 33. Eadem fera dittographia, quam modo in impf. *ἦν* indicavimus, occurrit p. 33. c. 4. in extr. *ἵνα μή με δόξῃ τις ἀγνοίᾳ παρελθεῖν αὐτὴν, ἀλλὰ [μὴ] προαιρέσει*, sed de industria. Hic quoque alterum *μή* abeest e Reg. 1 et Colb., qui melioris notae videntur codices. „Potest *μὴ* stare, sed et probari possunt, qui id omittunt." Reisk. Miror virum ingenio acutissimum cogitasse de eiusmodi ineptiis retinendis.

C. 11. in. Quatuor sunt res, quae maxime orationem reddant iucundam et pulchram, *μέλος, καὶ ῥυθμὸς, καὶ μεταβολὴ, καὶ τὸ — πρέπον. τάττω δὲ ὑπὸ μὲν τὴν ἡδονὴν, τὴν ὥραν, καὶ τὴν εὐστομίαν, καὶ τὴν γλυκύτητα, καὶ τὸ πιθανὸν, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ὑπὸ δὲ τὸ καλὸν, τὴν μεγαλοπρέπειαν, καὶ τὸ βάρος, καὶ τὴν σεμνολογίαν, καὶ τὸ ἀξίωμα, [καὶ τὸ πιθανὸν], καὶ τὰ τούτοις ὅμοια.* Lysias, orator minime magnificentiam, gravitatem, magniloquentiam et sublimitatem affectans, unus inter omnes maxime laudatur propter *τὸ πιθανὸν* vel *τὴν πειθώ*, qua etiam deteriores causas probabiliores reddat. Quoniam *τὸ πιθανόν* non eodem tempore et *ὑπὸ τὴν ἡδονὴν* et *ὑπὸ τὸ καλὸν ὑποτάττεσθαι* potest, reliquamus, censeo, *fidem τῇ ἡδονῇ* et molestam dittographiam deleamus.

Delectatus est lector quidam pluribus in locus, ubi nomen Platonis scriptum invenerat addere: *ὁ Σωκρατικός*. Namque ipsum D. bellum hocce cognomen philosopho obtrusisse, tamquam metuens ne quis de Platone comico cogitaret non Hercle, verisimilius est. Quis enim eos, quos semper habeat in ore quosque optime noverit, talibus nominibus distinguere solet. Primum exemplum legitur c. 16. in. *τὰ κράτιστα δὲ νέμω, ὡς πρώτῳ τὸν ὑπὲρ ἐτυμολογίας εἰςάγοντι* (lege *εἰςαγαγόντι*) *λόγον, Πλάτωνι [τῷ Σωκρατικῷ] πολλαχῇ μὲν ἄλλοθι, μάλιστα δὲ ἐν τῷ Κρατύλῳ.* Eodem epitheto ornatur Plato de vi

dic. Dem. c. 3. οἱ δ' ἐκδεξάμενοι καὶ ἀναθρέψαντες καὶ οὐ πολὺ ἀποσχόντες τοῦ τελειῶσαι (sc. τὴν μικτὴν καὶ σύνθετον λέξιν), ῥητόρων μὲν Ἰσοκράτης [ὁ Ἀθηναῖος] ἐγένετο, φιλοσόφων δὲ Πλάτων [ὁ Σωκρατικός]. Miror quod doctissimus ille lector, qui tam gravia nos docere non gravatus sit, non etiam Theophrasti et Demosthenis nominibus, quae in eodem capite occurrunt, adscripserit ὁ Παιανιεύς et ὁ Ἐρεσεύς. Non ita evadit Theophrastus de C. V. c. 16. εἴρηται δέ τινα περὶ τούτων καὶ Θεοφράστῳ [τῷ φιλοσόφῳ] κοινότερον ἐν τοῖς Περὶ Λέξεως κ. τ. ἑ. cf. de Lys. Iud. c. 14. θαυμάζειν ἄξιον τί δή ποτε παθὼν ὁ Θεόφραστος — οἴεται. ἐν γοῦν τοῖς περὶ Λέξεως γραφεῖσι, ubi nullum sive patronymicum sive epitheton philosopho obtigit, neque de Lys. c. 6. ἀρετὴν εὑρίσκω παρὰ Λυσίᾳ πάνυ θαυμαστὸν, ἧς Θεόφραστος μὲν φησὶν ἄρξαι Θρασύμαχον. Ex hoc loco emendandum suspicor initium c. 3. de vi dic. Dem. ἣν (sc. τὴν μικτήν τε καὶ σύνθετον λέξιν) ὁ μὲν πρῶτος ἁρμοσάμενος καὶ, καταστήσας εἰς τὸν νῦν ὑπάρχοντα κόσμον, εἴτε Θρασύμαχος [ὁ Χαλκηδόνιος errore tralaticio pro Καλχηδόνιος Var. Lect. p. 252.] ἦν ὡς οἴεται Θεόφραστος, εἴτ' ἄλλος τις οὐκ ἔχω λέγειν. Bis dum in oper. Rhet. Theophrastus memoratur de Isocr. c. 3. de Din. c. 2. semper absque titulo.

De Comp. Verb. c. 25. p. 208. Nil mirandum, inquit, si Demosthenem multum curae atque diligentiae circa rerum dispositionem nec non circa

verborum elegantiam exhausisse credamus, praesertim quum aequales eius orationes in lucem ediderint, tanta cura elaboratas, ut non scriptae sed sculptae et caelatae videantur: τῶν τότε ἀνθρώπων οὐ γραπτοῖς, ἀλλὰ γλυπτοῖς καὶ τορευτοῖς ἐοικότας ἐκφερόντων λόγους· λέγω δ' Ἰσοκράτους καὶ Πλάτωνος [1]) [τῶν σοφιστῶν]. Wolfius inserit καί, ut fiat καὶ Πλ. καὶ τῶν σοφιστῶν. Sophistae vero in tota disputatione non ultra memorantur et in libro de Dem. c. 51. p. 1112. ubi haec omnia mutatis verbis citantur, emblema non legitur: ὁρῶν γε δὴ τοὺς θαυμαζομένους ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ κρατίστων λόγων ποιητὰς νομιζομένους Ἰσοκράτην καὶ Πλάτωνα, γλυπτοῖς καὶ τορευτοῖς ἐοικότας ἐκφέροντας λόγους.

Ars quae fertur Rhetorica corruptissime sese habet et manco et truncatu statu ad nos pervenit. Neque assentiri vereor iis, qui capita quidem priora, octo numero, spuria esse contendant nec Dionysio digna. Iam Reiskio eiusmodi suspiciones subierunt. In capite II. i. f. legitur: Λέξει δὲ χρηστέον ἀφελεῖ μᾶλλον, ἐγγὺς Ξενοφῶντός τε καὶ Νικοστράτου βαίνοντα (non elegantissime pro: μιμούμενον, cf. c. VI. § 6. ἀπαγγελία ἐγγὺς βαίνουσα τῆς τοῦ Πλάτωνος. Quod obiter addam, delectamur superbia rhetoris, qui graviter

---

[1]) Non miror Platonem et Isocratem sophistas nominari, quippe ipse Isocrates loquitur de multis τῶν προσποιησαμένων εἶναι σοφιστῶν, sed a Dionysio, in cuius libris nomina philosophi et rhetoris sexcenties memorantur, additamentum alienum videtur.

discipulo suo praescribat, ut Platonem imitari velit). Reisk. ad haec verba Menagium laudat ita scribentem: „Praeter Nicostratum comicum fuit et Nico„stratus Macedo, orator de quo Dion. Hal. et Her„mogenes." „Verum hic Nicostratus," R. addit „*Macedonum orator*[1]) teste Suida, aequalis erat Aris„tidis et Dionis Chrys. ideo diversus ab eo, cuius „mentio fit hic loci, nisi dicamus falso hunc libel„lum Dionysio adscriptum esse." Re vera ex duobus alterum optandum est: aut dicendum nomen Nicostrati loco nostro esse corruptum, quam ut opinionem probemus, nullam commodam causam afferre poterimus; aut Suidae credendum est Nicostratum floruisse ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου τοῦ βασιλέως, cuius scripserit Panegyricum et statuendum auctorem VIII capitum de genere demonstrativo 150 fere annis post Dionysium scripsisse. Quod eo facilius credimus, quod Nicostratus ille omnibus sequioribus propter simplex dicendi genus probatus fuisse videtur. Afferunt Suidae editores testimonium Menandri rhet. lib. II. de gen. dem. „ait autem dic„tionem Xenophontis, Nicostrati, Dionis Chrys. et „Nicostrati eius qui Imagines et Heroica scripsit „ἁπλουστέραν esse et [2]) ἀφελεστέραν." Ipse Phi-

[1]) Vertit enim ad litteras Suidam apud quem antea i. v. legebatur: Νικόστρατος. Μακεδόνων ῥήτωρ, nunc emendatius Μακεδών, ῥήτωρ.

[2]) Reines. addit: „Ita leg. pro ἀσφαλεστέραν ut legit Vossius." Eiusdem corruptionis plura vidi exempla: Isocrates in Panegyrico § 11.

lostratus Vit. Soph. II. 32. p. 624. 5. (Ed. Olear.) de Aeliano scribens ἡ μὲν, inquit, ἐπίπαν ἰδέα τοῦ ἀνδρὸς ἀφέλεια προςβάλλουσά (melius legeris προςλαβοῦσα) τι τῆς Νικοστράτου ὥρας [1]). Hisce quae attuli testimoniis, quum praesertim priore loco Nicostratus et Xenophon componantur, vocabulum Νικοστράτου ab omni corruptelae suspicione vindica-

similia quaedam defendens, quae Cicero contra eos, qui soli Attici dici vellent nec quidquam quod ultra genus dicendi humile ac tenue emineret laudarent, afferre solet, ita scribit: Nonnulli in tantum opinionis incidunt errorem, ut orationes sublimes conferant cum eis, qnae de privatorum hominum syngraphis habeantur: ὥςπερ ὁμοίως δέον ἀμφοτέρους ἔχειν, ἀλλ' οὐ τοὺς μὲν ἀσφαλῶς (leg. ἀφελῶς) τοὺς δὲ ἐπιδεικτικῶς, ἢ σφᾶς μὲν διορῶντας τὰς μετριότητας, τὸν δ' ἀκριβῶς ἐπιστάμενον λέγειν (i. e. orator copiosus et ornatus Ciceronis) ἁπλῶς οὐκ ἂν δυνάμενον εἰπεῖν. Idem emendat Sylb. de vi dic. Dem. p· 957. καὶ ἡ μὲν νεωτεροποιία καὶ (τὸ) τολμηρὸν τῆς τοῦ συγγραφέως (Thuc.) οἰκεῖον ἰδέας· ἡ δ' ἀσφάλεια καὶ τὸ ἀκίνδυνον τῆς τοῦ ῥήτορος (Lys.) „ut enim hic τὸ ἀκίνδυνον opp. „τῷ τολμηρῷ, ita τῇ νεωτεροποιίᾳ magis opposita est ἡ ἀφέλεια „quam ἡ ἀσφάλεια." Sylb. de Isocr. p. 616. idem pro eodem reponit, ubi Isaeus, quamvis in multis inferior, in argumentando et in rebus augendis Lysiam superasse dicitur, ἐν γὰρ δὴ τούτοις οὐχ ἧττόν ἐστι φανερὸς τῇ Δημοσθένους τέχνῃ τὰς ἀφορμὰς δεδωκώς, ἀλλ' οὐ τὴν Λυσίου διώκων ἀσφάλειαν, (Sylb. ἀφέλειαν) ὡς ἔκ τε ἄλλων ἐστὶ λόγων, μᾶλλον δὲ ἐκ πάντων τῶν γραφέντων ὑπ' αὐτοῦ τεκμήρασθαι. Verborum concinnitas docet pro: ἄλλων legend. esse: πολλῶν. Si unam quandam exempli causa citasset orationem, recte ita scriberetur, nunc claudicat oppositio. De C. V. denique p. 149. τὸ ἀνεπιτήδευτον ἐμφαίνειν ἐθέλει καὶ τὸ ἀφελές. Recte. In Epitome vero: καὶ ἀσφαλές. Idem MS. V.

[1]) Non video cur Olearius haec verba commentans ad duos lectorem locos remittat, ubi nullus Nicostratus verum Nicagoras Atheniensis memoratur et in ipso Vitarum Epilogo de Nicagora nos inspicere iubeat verba quae ad Nicostratum pertineant.

tur. Capita igitur de orationibus demonstrativis Dionysio abiudicanda. De duplici vero „de oratione figurata," tractatu et de libello περὶ τῶν ἐν μελέταις πλημμελουμένων (paulo inaccuratius vertunt „de meditatae orationis vitiis, namque liber conscriptus est de iis quae in declamando committi solent) eo quidem nomine nil affirmare ausim, quia nullo vinculo neque inter se, neque cum superioribus cohaerent. Sin vero priora illa posterioris aevi rhetori sunt attribuenda, facilius intelligentur, quae c. V. praecipiuntur de oratione qua salutandi sunt praesides provinciarum: οἱ ἑκάστοτε ἐκ βασιλέων εἰς τὰ ἔθνη καὶ τὰς πόλεις τὰς ἡμετέρας παραγινόμενοι, quae Augusti aetati vix conveniunt; melius, verba quibus Isocrates vocatur: ὁ σὸς ἑταῖρος καὶ ὁ ἐμὸς, ὦ Ἐχέκρατες (ad quem libellus missus est) et ὁ τοῦ ἡμεδαποῦ χόρου ἡγεμών τε καὶ κορυφαῖος; melius tandem metonymia, satis inepta, nec nostratibus inusitata, qua pro Platone dicitur: ὁ τοῦ Ἀρίστωνος, pro Thucydide ὁ τοῦ Ὀλόρου, pro Demosthene ὁ Παιανιεύς, pro Critia ὁ τοῦ Καλλαίσχρου, quae figura, nisi me fallit memoria, nusquam apud D. occurit.

Redeundum vero iam ad emblemata, de quibus sermonem instituimus.

Locus scholion coarguere videtur Ars. Rh. I. c. 2. θεὸς μέν γέ που πάντως πάσης ἡστινοσοῦν πανηγύρεως ἡγεμὼν καὶ ἐπώνυμος· οἷον Ὀλυμπίων μὲν [Ὀλύμπιος] Ζεύς· τοῦ δ' ἐν Πυθοῖ (?) Ἀπόλλων. et c. V. Ἰσοκράτης — Φησὶ χρῆναι προςεῖναι τοῖς σπουδαίοις ἀνθρώποις- [ἐν τῇ παραινέσει τῇ πρὸς τὸν Ἱππονίκου] (i. e. Or. I. πρὸς Δημόνικον quam hodie Isocrati Apolloniatae adscribunt) καὶ τὴν Φιλοπροσηγορίαν. Quia verba uncis inclusa sententiam dissecant, a recentiore manu profecta videntur.

Dittographia est c. V. § 6. ἐπὶ δὲ τῷ τέλει εὐχῇ χρησόμεθα ὑπὲρ τοῦ βασιλέως, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ ἄρχοντος· [καὶ ὑπὲρ] ἡμῶν δ' αὐτῶν πάλιν μνησθησόμεθα — ὅτι κ. τ. ἑ. καί et δέ inter sese repugnant.

De orat. fun. § 4. ἐπειδὴ δὲ οἱ ἐν πολέμῳ τελευτήσαντες ὅμοιοι ταῖς ἡλικίαις, οὐδὲν ἀπὸ τούτων ἕξομεν εἰς παραμυθίαν ἐπιχειρεῖν, praeterquam quod gloriam sunt assecuti pro patria occisi, et quod plerumque qui in acie occumbunt sine magnis corporis doloribus moriuntur, et similia. Quod milites eiusdem fere omnes aetatis sunt, parum ad rem facit, quia vero ὡραῖοι ταῖς ἡλικίαις, non ita facile est aliquid solandi gratia afferre.

Mox c. 5. dicetur qua ratione solandum sit, si quis in itinere mortuus est: affirmandum enim, nihil id referre Μία γὰρ καὶ ἡ αὐτὴ οἶμος κατὰ τὸν Αἰσχύλον εἰς Αιδου Φέρουσα. Idem in mentem venit Socrati in Phaedone 108. ὡς ὁ Αἰσχύλου Τήλεφος λέγει ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἁπλῆν οἶμον Φησὶν εἰς Αἵδου Φέρειν. Idem dictum Anaxagorae tributur, quem quum quidam miseraretur, quia in exsilio esset

moriturus: Nil refert, inquit, πανταχόθεν, ὁμοία ἐστὶν ἡ εἰς ᾅδου κατάβασις.

Non uno laborat emblemate locus ex tractatu de oratione figurata c. 10. Ἀλλὰ καὶ Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς ἐν ὅλῳ δράματι λόγον ἐσχηματισμένον περαίνει. Scholiasta, qui exspectare non possit dum sensim rhetor sententiam suam evolvat, statim addit: [ἐν τῇ Μελανίππῃ τῇ σοφῇ]. κἀκεῖ δὲ τὸ σχῆμα διπλοῦν, τὸ μὲν αὐτοῦ τοῦ ποιητοῦ, τὸ δὲ τοῦ ὑποκειμένου προςώπου. [schol. τῆς Μελανίππης]. συγγέγονεν Ἀναξαγόρᾳ ὁ Εὐριπίδης· δόγμα δ' ἦν Ἀναξαγόρου τὸ „Ὁμοῦ πάντα χρήματα [1])" μετὰ ταῦτα συγγενόμενος Σωκράτει, καὶ κρείττονος λόγου μετασχὼν, ἀξιώσας, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ τὸν Ἀναξαγόρου λόγον μνήμης ἐν τοῖς δράμασιν, ἐξήγαγεν αὐτὸ τὸ δόγμα ἐν τῇ Μελανίππῃ τῇ σοφῇ. Quod hic demum fabulae titulus memoratur, satis arguit superiora spuria et insiticia esse. Paucis mutatis eadem occurrunt in altero tractatu c. 11. ἡ ΜελανίππΗ (Ἡ?) σοφή [τὸ δρᾶμα Εὐριπίδου] ἐπιγέγραπται μὲν Σοφὴ, ὅτι φιλοσοφεῖ καὶ διὰ τοῦτο τοιαύτης μητρός ἐστιν, ἵνα μὴ ἀπίθανος ᾖ ἡ φιλοσοφία,

---

[1]) Anaxagorae placitum, ita quidem elatum, non satis perspicuum. In altero tractatu, de eodem argumento aliis tantum verbis aliaque rerum dispositione conscripto, c. 11. Anaxagorae doctrina haec est: Πάντα ἐν πᾶσιν, εἶτα ὕστερον διεκρίθη. Apud Diog. Laert. in vita Anax. narratur philosophum opus suum ita auspicatum esse: Πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ· εἶτα ὁ νοῦς ἐλθὼν αὐτὰ διεκόσμησε. Aristoteles tandem Phys. 8. 1. ὁμοῦ πάντων ὄντων καὶ ἠρεμούντων τὸν ἄπειρον χρόνον, κίνησιν ἐμποιῆσαι τὸν νοῦν καὶ διακρῖναι.

ἔχει δὲ διπλοῦν σχῆμα, τὸ μὲν τοῦ ποιητοῦ, τὸ δὲ τοῦ προςώπου τοῦ ἐν τῷ δράματι· [τῆς Μελανίππης]. Priora quae uncis inclusi non rhetori deberi sed lectori apparet, praeterquam eo, quod nullo cum reliquis vinculo cohaerent, ex capitis initio: Ἀλλὰ καὶ Εὐριπίδης δι' ὅλων λόγων διοικήσεως σχῆμα περαίνει· πρότερον δὲ δείξωμεν ἐν ὅλῳ δράματι, (ἔπειτα?) ἐν μέρει τινὶ σχῆμα διοικούμενον, deinde prius exemplum affert Aeolum Euripidis, alterum Melanippen.

Subiciam hisce observationes quasdam, ad emblemata maxime spectantes, quae mihi apud Demosthenem, Aeschinem, Isocratem deprehendisse videor, mox ad Dionysium rediturus.

Demosth. d. F. L. p. 193. p. 403. narrat Philippum, Olyntho recepta, Olympia celebrasse, ludisque peractis, omnes artifices et histriones, qui undique confluxissent, ad coenam vocasse: ἑστιῶν δ' αὐτοὺς καὶ στεφανῶν τοὺς νενικηκότας, ἤρετο Σάτυρον τουτονὶ τὸν κωμικὸν ὑποκριτήν, τί δὴ μόνος οὐδὲν ἐπαγγέλλεται, ἢ τίνα ἐν ἑαυτῷ μικροψυχίαν ἢ πρὸς αὐτὸν ἀηδίαν ἑνεωρακώς. Quoniam Satyrus ipse aderat (cf. τουτονί) non opus erat addere, *histrionem comicum*, quippe quem Athenienses probe novissent. Idem emblema recurrit apud Aeschinem d. F. L. p. 156. ἐπιδακρύσας καὶ τὴν Ἑλλάδα κατοδυράμενος καὶ Σάτυρον [τὸν κωμικὸν ὑποκριτὴν] προςεπαινέσας, ubi ipse orator satis manifeste indicat histrionem quem verba Demosthenis repetens vocat: τὸν τοὺς Καρίωνας καὶ Ξανθίας

ὑποκρινόμενον. Nil mirum est Plutarchum (Dem. c. 7), Satyri nomen memorantem addere τὸν ὑποκριτήν, in oratore tamen de aequalibus verba faciente talia lectorum sedulitati debemus. Ultima sententiae verba correxit Cobetus Variae Lect. p. 510. ἤ τίν' [ἐν] ἑαυτῷ restituens. Operae fortasse pretium est observare, ante hanc correctionem in textu Bekkeri perperam pronomen interrogativum pro indefinito legi, habet enim ἤ τίνα ἐν ἑαυτῷ. Interrogaverat autem Philippus Satyrum: Quid mi Satyre, tu solus ex omnibus me nihil poscis, an forte me avariorem aut tui minus studiosum suspicaris: ἤ τινά (non τίνα) μοι μικροψυχίαν ἤ πρός σε ἀηδίαν ἐνορᾷς;

Ib. § 251. p. 421. Memoratur statua Solonis, cuius ex habitu ac statura, Aeschine auctore, apparebat, quanto modestiores antiqui oratores prae recentioribus fuissent (εἴσω τὴν χεῖρα ἔχοντα). Lepidissime hasce argutias refutat Demosthenes, namque, inquit, a Solone usque ad hunc diem sunt ducenti et quadraginta anni, statua vero, quam dicis, ante hos quinquaginta annos posita est, ne avus quidem igitur artificis qui Solonem finxit, aequalis eius fuit: καίτοι τὸν μὲν ἀνδρίαντα τοῦτον οὔπω πεντήκοντα ἔτη φασὶν ἀνακεῖσθαι Σαλαμίνιοι. Nulla causa excogitari potest, cur Salaminii de tempore quo erecta esset statua plus saperent, quam Athenienses, in quorum oculis quotidianoque aspectu

posita esset. Procul dubio enim Aeschines in medio orationis ardore manum in statuam intenderat camque digito demonstrarat. Legendum igitur videtur ΣαλαμινίΟΙC ἀνακεῖσθαι: fama fert hanc statuam quinquagesimo fere anno ante a Saliminiis esse collocatam. Salaminii Soloni, qui insulam suam a Megarensibus vindicasset, statuam voverant. Ceterum illum statuae habitum respiciens in p. 255. dicit orator: οὐ λέγειν εἴσω τὴν χεῖρ' ἔχοντ', Αἰσχίνη, δεῖ, οὔ, ἀλλὰ πρεσβεύειν εἴσω τὴν χεῖρα ἔχοντα, salsum dictum, quod autem molesta iteratione multum acuminis amittit. Itaque alterum εἴσω τὴν χεῖρα ἔχοντα expungendum.

Ib. § 266. Multa questus de malis civibus, qui in omnibus Graeciae civitatibus, accepta pecunia, rem publicam Philippo venditarent, admonet Olynthios, quum nondum illa δωροδοκίας pestis tam late grassaretur, multo minus numero, sociis, navibus, equitibus valentes feliciter Spartae restitisse et tandem ὅπως ἐβούλοντο, οὕτω τὸν πόλεμον [1]) καταθέσθαι. Non plane idem narrat Xenophon Hell. III. 26, quo auctore Olynthii obsessi et inopia coacti pacem composuerunt, hisce legibus, ut eosdem amicos, hostesque quos Lacedaemonii haberent. Sed quoquo modo sese illud habet, Demosthenes ita pergit:

---

[1]) Cf. Lysias Olymp. § 6. Ὥστ' ἄξιον τὸν μὲν πρὸς ἀλλήλους πόλεμον καταθέσθαι.

Nunc multo viris opibusque validiores et Atheniensibus adiuvantibus: οὐδὲν αὐτοὺς τούτων ἠδυνήθη σῶσαι, ἀλλὰ πρὶν μὲν ἐξελθεῖν ἐνιαυτὸν τοῦ πολέμου τὰς πόλεις ἁπάσας ἀπολωλέκεσαν τὰς ἐν τῇ Χαλκιδικῇ [οἱ προδιδόντες], καὶ Φίλιππος οὐχ ὑπεῖχεν ὑπακούων τοῖς προδιδοῦσιν, οὐδ' εἶχεν ὅ τι πρῶτον λάβῃ· πεντακοσίους δ' ἱππέας προδοθέντας ὑπ' αὐτῶν τῶν ἡγουμένων ἔλαβεν αὐτοῖς ὅπλοις [ὁ Φίλιππος], ὅσους οὐδεὶς πώποτε ἄλλος ἀνθρώπων.

Primum suspitionem movent οἱ προδιδόντες et τοῖς προδιδοῦσι tam brevi intervallo redeuntes. Nominativus additamentum videtur lectoris non satis totius sententiae tenorem capientis nec memoris duplicis Activi ἀπολλύναι significationis. Non *pessumdederant* proditores civitates Chalcidicae, sed Olynthii eas *amiserant*, neque Philippus satis cito aurem praebere poterat iis qui ad prodendam patriam *parati* essent. Deinde sine causa ὁ Φίλιππος in calce sententiae intrusus est, quae praecedunt satis clamant μόνον οὐ φωνὴν ἀφιέντα quis ἔλαβεν τοὺς ἱππέας. Coarguit praeterea utrumque emblema locus universae verborum compositioni non conveniens. Complura talium emblematum exempla invenies in Var. Lect. V. C. Cobeti passim per cap. III. IV. V. VII. Epimetri alterius editionis sparsa.

In oratione Demosthenis LIV. κατὰ Κόνωνος αἰκίας § 3. p. 1258. ita narratur:

Qua fere diei hora ceteris coenam parare mos est,

ταύτην ἂν ἤδη ἐπαρῴνουν οὗτοι (sc. Cononis filii), τὰ μὲν πολλὰ εἰς τοὺς παῖδας ἡμῶν [τοὺς ἀκολούθους], τελευτῶντες δὲ καὶ ἐς ἡμᾶς αὐτούς. Οἱ παῖδες ἡμῶν οἱ ἀκόλουθοι „famuli nostri pedissequi" dubito an sit constructio Atticorum elegantia digna, vereorque ne sit nimis diligentis lectoris observatio, qui reformidans, ne quis τοὺς παῖδας ἡμῶν, filios nostros interpretaretur, adscripserit τοὺς ἀκολούθους. Quodsi verum est scholion genuinam lectionem e textu expulit apud Dionysium Halicarnassensem, qui in commentatione de Adm. vi dic. in Dem. ed. Reisk. vol. VI p. 987. locum ita citat: τὰ μὲν πόλλα εἰς τοὺς ἀκολούθους ἡμῶν.

Deinde si res mei arbitrii esset, pro: τὰ μὲν πολλὰ scripserim τὰ μὲν πρῶτα [1]), namque oppositio inter τὰ μὲν πολλὰ, *plerumque quidem* et τελευτῶντες δέ, *tandem vero*, claudicat, ut ita dicam, et praecedens τὰ μὲν πολλά in colo posteriore requireret ἐνίοτε δέ. Hac de re tamen me doctiores sententiam ferant, paulo certius videtur quod statim afferam. Narratis omnibus iniuriis, quas a Cononis filiis acceperat, accusator haec dicit: ὁρῶντες δ' ἡμεῖς ταῦτα καὶ λυπούμενοι τὸ μὲν πρῶτον ἀπεπεμψάμεθα, ὡς δ' ἐχλεύαζον καὶ οὐκ ἐπαύοντο, τῷ στρατηγῷ τὸ πρᾶγμα εἴπομεν. Ἀποπέμπομαι valet: *a se dimittere*, quod si facere potuerint, non opus fuit adire praetorem

---

[1]) Cf. § 5. τὸ μὲν πρῶτον κακῶς ἔλεγον — τελευτῶντες δὲ καὶ πληγὰς ἐνέτειναν.

et tota iniuriarum actio cum ipsis iniuriis evanuit. Pro *ἀπεπεμψάμεθα* lege *κατεμεμψάμεθα*. Sigla praepositionum *κατά* et *ἀπό* sibi sunt simillima et saepissime confunduntur, quod exemplis demonstratur Var. Lect. p. 277 et 278, nec raro *π* et *μ* commutantur, et a librariis et a typothetis, qui nonnumquam in eadem mendorum genera, in quibus scribae peccant, incidunt. Ipsum vocabulum *καταμέμφομαι* occurrit in orat. adv. Lept. § 68. p. 477. quem locum affert Dionys. de vi Dem. p. 997.

Eiusdem confusionis exemplum in verbis *ἀπολείπω* et *καταλείπω* afferri potest ex Iud. de Isaeo c. 20. ubi inter generis dicendi simplicis et inornati fautores etiam Thrasymachus vocatur, de quo D. affirmat: *πᾶν δ' ἐστὶν ἐν τοῖς τεχνογραφικοῖς καὶ ἐπιδεικτικοῖς δικανικοὺς δὲ, ἢ συμβουλευτικοὺς οὐκ ἀπολέλοιπε λόγους*. *Ἀπολείπειν λόγον* est orationem, quam institueras, non absolvere, ut in formula *ὅθεν ἀπέλιπον*, de iis vero quae quis heredibus *relinquit*: *καταλείπω* sollemne est, cf. c. 19. de Anaximene *περὶ τοῦ ποιητοῦ συντάξεις καταλέλοιπε* et c. 20. de Zoilo: *ὁ τὰς καθ' Ὁμήρου συντάξεις καταλιπών*. Idem valet de loco in Iud. de Din. c. 1. *ὁρῶν δὲ καὶ τοῦτον τὸν ἄνδρα παρὰ πολλοῖς* (*πολλοῦ* inserendum [1]) suspicor) *ἠξιωμένον ὀνόματος ἐπὶ δεινότητι λόγων καὶ*

[1]) Cf. de Isaeo 19. *ὀνόματος ἠξιωμένους οὐ μετρίου*. Ant. Rom. X. 14. *ὀνόματος ἀξιωθῆναι βουλόμενος μεγάλου*.

ΑΠΟ*λελοιπότα δημοσίους τε καὶ ἰδίους* (*ἰδιωτικούς* praestat, ni fallor) *λόγους*. Si verum est Thrasymachum nullas reliquisse contiones, fragmentum, quod laudatur in libro de vi dic. Dem. c. 3. et quod speciem orationis ad populum habitae prae se fert, *τοῦ ἐπιδεικτικοῦ γένους* esse videtur nec Dionysius sibi ipse constare, quum dicit: *παράδειγμα ἐξ ἑνὸς θήσω τῶν δημηγορικῶν λόγων τόδε*. Eandem vero quam Isocrates rationem secutus, otiosus videtur domi conscripsisse orationes, tamquam in foro apud Athenienses productus.

Semel mentione facta verbi *καταλείπειν* iuvat addere, eundem Infinitivum obtrusum esse sententiae Isocratis in Areopagitica § 5 a D. citatae de C. V. c. 23. Inopia et humilitas, inquit, continentiam gignunt, opes vero et potentia amentiam et licentiam: *ὥςτε χαλεπὸν εἶναι διαγνῶναι, πότερον ἄν τις δέξαιτο τῶν μερίδων τούτων τοῖς παισὶ τοῖς αὑτοῦ καταλιπεῖν· ἴδοιμεν γὰρ ἂν* ex altera minus prospera conditione in meliorem statum res pervenire solere, ex altera vero, quae melior videtur, in deterius labi. *δέχεσθαι* pro *αἱρεῖσθαι* non optimum est. Coniecturam Wolfii *εὔξαιτο* confirmant Epit. et MS. V. Eidem testes delent verbum *καταλιπεῖν* et pro *ἴδοιμεν γὰρ ἂν* Epit. legit: *ἴδοι γὰρ ἄν τις*. MS. V. *ἴδοι γὰρ ἄν*. Legendum igitur: *ποτέραν ἄν τις εὔξαιτο τῶν μερίδων τοῖς παισὶ τοῖς αὑτοῦ· ἴδοι γὰρ ἂν κ. τ. ἑ.*

In eadem tandem *κατὰ Κόνωνος* oratione § 8. legi-

tur *καὶ ἡμῖν συμβαίνει ἀναστρέφουσι ἀπὸ τοῦ Φερεφαττίου καὶ περιπατοῦσι πάλιν κατ' αὐτό π ω ς τὸ Λεωκόριον εἶναι.* Quia de loco sermo est, reposuerim *που* [1]).

In Philippica tertia § 21. p. 116. Demosthenes frequentissimo *σχήματι* usus, dum disserit de illis, de quibus se verba non esse facturum affirmat: "Multo minus, inquit, admirandum esset, si Philippus, tantas iam copias nactus, reliqua quoque suae dicionis faceret, quam mirari oportet, quod, quum antea parvus ac humilis esset, eo potentiae pervenerit: *πολλῷ παραδοξότερον ἦν, τ ο σ ο ῦ τ ο ν ἐξ ἐ κ ε ί ν ο υ γενέσθαι, ἢ νῦν, ὅθ' οὕτω πολλὰ προείληφε, καὶ τὰ λοιπὰ ὑφ' ἑαυτῷ ποιήσασθαι.* Multo concinnior fiet sententia pro TOCOΥTON, TOΥTON reposito: ex *illo* i. e. *μικρῷ καὶ ταπεινῷ*, *hic* i. e. potentissimus evasit. Omnes casus et adverbia de vocabulis *οὗτος, τοσοῦτος* et *τοιοῦτος* derivata tanto constantia inter se permutantur, ut a parte quidem palaeographica correctio tuta videatur.

In iis, quae statim sequuntur p. 23. orator enumerat omnes *τούς ποτε ἡγεμονεύσαντας* in Graecia: *καίτοι προστάται μὲν ὑμεῖς ἑβδομήκοντα ἔτη καὶ τρία τῶν Ἑλλήνων ἐγένεσθε* (quod obiter observem, Dionysius, quamvis totus in Demosthene eiusque fervi-

---

[1]) Cf. Cob. V. C. in Var. Lect. p. 512. ad Demosth. p. 428. 12. ὅπου pro ὅπως corrigentem.

dus admirator, hac quidem in re ab illo dissidet; scribit enim in prooemio Antiq. Rom. c. 3. *Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ αὐτῆς μόνον ἦρξαν τῆς παραλίου, δυοῖν δέοντα ἑβδομήκοντα ἔτη*, de Lacedaemoniis fere cum eo consentit, Dem. *προστάται δὲ τριάκοντα ἑνὸς δέοντα Λακεδ.* Dionys. *οὔτε (οὐδὲ?) ὅλα ἔτη τριάκοντα τὴν ἀρχὴν κατασχόντες*). Post Lacedaemonios *ὑποκοριζόμενος* et paulo negligentius Dem. addit: *ἴσχυσαν δέ τι καὶ Θηβαῖοι τουτουσὶ τοὺς τελευταίους χρόνους [μετὰ τὴν ἐν Λεύκτροις μαχήν]* Orator in mediis rebus positus neque solet talibus observatiunculis historicis et geographicis orationis cursum interrumpere, necdum opinor, auditores eius obliti erant *ὧν εὐτυχήκεσαν ἐν Λεύκτροις οἱ Θηβαῖοι*. Praeterea qui bene audierit, concedet post *χρόνους* sententiam sisti, neque verba *μετὰ — μάχην* ullo vinculo cum reliqua periodo cohaerere. Eadem fere valent de § 27. ubi recenset D. omnia *τὰ Φιλίππου πλεονεκτήματα: ἐφ' Ἑλλήσποντον οἴχεται, πρότερον ἧκεν ἐπ' Ἀμβρακίαν, Ἦλιν ἔχει, τηλικαύτην πόλιν [ἐν Πελοποννήσῳ], Μεγάροις ἐπεβούλευσε πρῴην κ. τ. ἑ.* Quid opus erat Athenienses docere geographiam et addere Elin in Peloponneso sitam esse? Quae si doctrina sublata erit, orationis forma accurate respondebit iis quae praecedunt § 26: *καὶ τὸ Φωκέων ἔθνος τοσοῦτον ἀνῃρημένον σιωπῶ* et § 27: *αἱ δ' ἐν Εὐβοίᾳ πόλεις οὐκ ἤδη τυραννοῦνται καὶ τ α ῦ τ α ἐν νήσῳ πλησίον Θηβῶν καὶ Ἀθηνῶν*, ubi eodem pacto ea quae gravitatem

et pondus rei additura sunt, posteriore loco enuntiantur.

Scripsit Cobetus V. C. in Mnemosyne, Nova Series. Vol. II. pars 2. se in Platonis Gorgia recens a v. d. Hirschigio edito Platonicam orationem passim fatuis sciolorum additamentis tandem expurgatam vidisse "quae labes et apud reliquos veteres — longe latius "serpsit, quam plerique lectores vel editores opi"nantur."

Huius labis Demosthenem etiam foedantis plura quaedam exempla candidi lectoris iudicio subiiciam. In oratione de F. L. § 114. *εἰ δὲ Φιλοκράτης μὴ μόνον ὡμολόγει παρ' ὑμῖν ἐν τῷ δήμῳ πολλάκις, ἀλλὰ καὶ ἐδείκνυεν ὑμῖν κ. τ. ἑ.* Ne forte ignoremus Demosthenem *apud populum* verba facere, ludi magister nos docet: *παρ' ὑμῖν* id est: *ἐν τῷ δήμῳ.* Idem annotare supersedit § 205. *βούλεσθ' οὖν ὑμῖν, πάντα τἄλλ' ἀφείς, ἃ παρ' ὑμῖν ἀντεῖπον, ἃ ἐν τῇ ἀποδημίᾳ προςέκρουον κ. τ. ἑ.*

Idem occurrit scholion Olynth. Γ. § 31. *νῦν δὲ* (praecedunt laudes eius temporis, quo apud ipsum populum summa erat rerum) *τοὐναντίον κύριοι μὲν οἱ πολιτευόμενοι τῶν ἀγαθῶν, ὑμεῖς δ' [ὁ δῆμος] — ἐν ὑπηρέτου καὶ προςθήκης μέρει γεγένησθε.*

In eadem oratione de F. L. § 277. Dem. Athenienses admonet patrum memoria Epicratem ob male gestam legationem morte esse multatum, quamvis *σπουδαῖος ἀνὴρ καὶ πολλὰ χρήσιμος τῇ πόλει καὶ τῶν ἐκ Πειραιῶς καταγαγόντων τὸν δῆμον καὶ ἄλλως δημοτικός.* Quid igitur, Athenienses? exclamat orator, § 285. passuri estis *τὸν μὲν εὐεργέτην τοῦ δήμου καὶ τὸν ἐκ Πειραιῶς ['Επικράτην] ἐκπεσεῖν καὶ κολασθῆναι — τὸν δὲ 'Ατρομήτου — καὶ Γλαυκοθέας — ἀφήσετε.* Nemo dubitare potest quis sit *ὁ εὐεργέτης τοῦ δήμου καὶ ὁ ἐκ Πειραιῶς.* Nomen Epicratis igitur delendum. Eiusmodi additamentum ex § 285. delevit Cobetus V. C. Var. Lect. p. 312.

Ex eisdem emendanda esse suspicor verba quae modo laudavi: *σπουδαῖος καὶ πολλὰ χρήσιμος τῇ πόλει καὶ τῶν ἐκ Πειραιῶς [καταγαγόντων τὸν δῆμον].* Vereor ne ultima abundent, sicut in orat. contra Leptinen § 68. *οὗτος γὰρ* (sc. Conon) — *μετὰ τὴν τοῦ δήμου κάθοδον [τὴν ἐκ Πειραιῶς] ἀσθενοῦς ἡμῶν τῆς πόλεως οὔσης — κατεναυμάχησε Λακεδαιμονίους* verba circumscripta non Demosthenis esse videntur. Bis enim plebs Romana secessisse et redisse dicitur, semel tantum Athenienses *κατῆλθον*, nec in tota historia Graeca nobilior quisquam eventus exstitit.

Duplici scholio deformatur locus qui exstat de F. L. § 312. *τίς γάρ ἐστιν Ἑλλήνων ἢ βαρβάρων οὕτω σκαιὸς καὶ ἀνήκοος ἢ σφόδρα μισῶν τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν, ὅςτις, εἴτις ἔροιτο, εἰπέ μοι, τῆς νῦν οὔσης Ἑλλάδος ταυτησὶ καὶ οἰκουμένης ἐσθ' ὅτι ταύτην ἂν τὴν προςηγορίαν εἶχεν ἢ οἰκεῖθ' ὑπὸ τῶν νῦν ἐχόντων [Ἑλλήνων], εἰ μὴ τὰς ἀρετὰς ὑπὲρ αὐτῶν ἐκείνας οἱ*

Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι παρέσχοντο [οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι]. Aut dicendum est: οἱ Μαρ. καὶ Σαλ. aut οἱ ἡμετ. προγ. iungi vero non possunt.

Finem iam faciam in duobus locis Aeschinis, me quidem iudice, correctionem exspectantibus. Prior ille est in Ctesiphontea § 65. Philocrates et Demosthenes, inquit, ad populum tulerant, primum ne exspectarent legatos, quos circa Graeciam misissent, qui omnes civitates Graeciae ad bellum contra Philippum adhortarentur, τοὺς πρέσβεις, οὓς ἦτε ἐκπεπομφότες, παρακαλοῦντας ἐπὶ Φίλιππον, ne Athenienses una cum universa Graecia, sed soli per se pacem componerent. δεύτερον δὲ tulerunt, ὅπως μὴ μόνον τὴν εἰρήνην, ἀλλὰ καὶ συμμαχίαν εἶναι ψηφιεῖσθε πρὸς Φίλιππον, ἵν' εἴ τινες προςέχοιεν τῷ πλήθει τῷ ὑμετέρῳ, valde animum desponderent, quum viderent alios quidem Athenienses ad bellum et arma vocare, ipsos vero non tantum pacem cum Philippo componere sed foedus quidem cum rege confirmare. „Si qui forte multitudini vestrae animum adverterint," malim: εἴ τινες προςέχοιεν τῇ παρακλήσει [1]) τῇ ὑμετέρᾳ, adhortationi vestrae.

Alter legitur locus apud Aesch. de F. L. § 11. Enumeraverat crimina quaedam a Demosthene sibi obiecta: πρὸς δὲ τοσαύτην τόλμαν καί τερατείαν ἀν-

[1]) De re ipsa cf. Aesch. de f. l. § 60. ἐπειδή — οἱ δὲ πρέσβεις οὔπω πάρεισιν, οὓς ἐξέπεμψεν ὁ δῆμος εἰς τὴν Ἑλλάδα παρακαλῶν τὰς πόλεις ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας τῶν Ἑλλήνων, κ. τ. ἑ.

θρώπου χαλεπὸν καὶ διαμνημονεῦσαι τὰ λεχθέντα καθ' ἕκαστα καὶ λέγειν μετὰ κινδύνου πρὸς ἀπροσδοκήτους διαβολάς. ᾗ δ' ἡγοῦμαι σαφεστάτους μοι τοὺς λόγους ἔσεσθαι καὶ γνωρίμους ὑμῖν καὶ δικαίους, ἐντεῦθεν ἄρξομαι, ἀπὸ τῶν περὶ τῆς περὶ εἰρήνης λόγων καὶ τῆς αἱρέσεως τῆς πρεσβείας. Undecunque initium fecerat, oratio neque *iustior*, neque iniustior fuisset, sed interest aliquid sermonis perspicuitatis ita orationem inire, ut res quam notissimae ac familiarissimae auditoribus videantur. Restitue ergo: γνωρίμους καὶ οἰκείους.

Reisk. p. 1014. de Dem. c. 20. Citaverat Dionysius fragmentum ex oratione Isocratis de pace, quod conferret cum loco ex Dem. Olynthiaca tertia, in eandem fere sententiam conscripto. Editur p. 1000: ὅσαι παρὰ τὰς αὐτὰς συνετάχθησαν ὑποθέσεις. Reiskius: malim: πρός. Si meae quoque voluntatis ratio quaedam habeatur, scribetur: εἰς, quod summa constantia Dion. in tali re exbibet. Dicit enim: λόγος παρὰ χαρακτῆρά τινα κατεσκευασμένος cf. p. 981. vs. 3 (ubi falso editur χαρακτῆρος) et vs. 6. sed λόγος εἰς ὑπόθεσίν τινα συγγεγραμμένος, cf. de Comp. Verb. p. 31. οὐδαμῇ δ' οὐδὲν — εὑρών, οὔτε μεῖζον, οὔτε ἔλαττον συναχθὲν (l. συνταχθὲν) εἰς ἣν ἐγὼ προήρημαι πραγματείαν, i. e. argumentum. οὐ πολλῶν δ' οἶμαι δεῖν λόγων εἰς τοῦτο τὸ μέρος ib. c. 19. p. 133. Haec vero in parenthesi. In utraque, inquam, oratione maiorum virtutes cum sequiorum pravitate com-

ponuntur. Obiciens D. Isocrati infinitam illam seriem *ἀντιθέσεων*, quae auditoribus atque lectoribus odium et nauseam pariat, de eodem fragmento ita disserere pergit: *τό τε πρᾶγμα ὅλον ἐστὶν ἀντίκειται· καὶ τῶν περιόδων ἑκάστη δι' ἀντιθέτων κατεσκεύασται.* Haec non esse integra nemo non sentit. Frustra Sylb. pro *ἀντίκειται* conicit *ἀντικείμενα* vel -- *μένων* Reisk. de suo totam refingit sententiam, quam cum praecedentibus coniungit itaque rescribit: *τὰ γὰρ ἐκλύοντα τὴν δύναμιν αὐτοῖς* (sc. *τοῖς σχήμασιν*) *καὶ ἀποστρέφοντα τὴν ἀκοὴν*, — *τὰ* — *πάρισα, καὶ τὰ ἀντίθετα* — *αὐτίκα ἐν αὐτῇ τῇ λέξει περὶ ἧς ὁ λόγος ἡμῖν ἐστιν, ἐπιπολάζει, τό τε πρᾶγμα ὅλον ἐκ τούτων σύγκειται.* Quam lubrica et insidiosa res sit, artem criticam exercere, novo exemplo hic apparet. In MS. Parisino, qui codex Regius fertur, ex quo excerpta quaedam ad calcem editionis Reiskianae, post editoris obitum addita sunt, totus locus sanus atque integer legitur. Lacuna viros doctos fefellit, quo malo textus operum Rhetoricorum quidem scatet et a quo semper summa cautione cavendum est. In cod. Reg. enim omnia optime procedunt: *Αὐτίκα ἐν αὐτῇ ταύτῃ τῇ λέξει, περὶ ἧς ὁ λόγος, τό τε πρᾶγμα ὅλον ἐστὶν ἀντίθεσις*, (i. e. non *σύγγραμμα* ut putat Reiskius sed ipsum orationis argumentum est perpetua oppositio inter mores antiquos et recentiorum) *καὶ τὰ κατὰ μέρος αὐτοῦ νοήματος ἓν πρὸς ἓν ἀντίκειται, καὶ τῶν περιόδων ἑκάστη δι' ἀντιθέτων κατεσκεύασται.*

Quando disiunxeris *αὐτοῦ*, ut fiat *αὖ τοῦ* nihil dum requiretur. Dubitat ipse, qui haec descripsit, Caperronnerius, an forte pulcherrima quae praebet ille codex lacunarum supplementa fraudi correctoris cuiusdam debeantur. Qua de re iudicium ferre non ausim, fatendum vero interpolatorem illum, si qui fuit, mira sagacitate et Graeci sermonis notitia fuisse.

Paulo post p. 1015. vs. 1. legitur: omnium sententiarum et incisorum initia accurate sibi respondent: praemittitur e. g. *ἐκεῖνοι μὲν γὰρ*, sequitur: *ἡμεῖς δὲ* vel praecedenti *τοῦτο μέν* resonat: *τοῦτο δέ. ταῦτα ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἕως τελευτῆς κύκλῳ· καὶ τροπαὶ δὲ καὶ μεταβολαὶ, καὶ ποικιλίαι σχημάτων, ἃ πέφυκε λύειν τὸν τῆς διανοίας σκόπον οὐδαμοῦ.* Prior sententia coniunctione caret altera abundat. Legendum: *καὶ ταῦτα — κύκλῳ· τροπαὶ δέ — οὐδαμοῦ.* Quid esset *λύειν τὸν σκόπον* non perspiciens conieceram *κόρον*, sed brevi *μετέγνων* et laetus arripui palmariam R. coniecturam: *κόπον*, *animi defatigationem*, et miratus sum non idem Sylb. vidisse, qui vitiosam lectionem explicare quidem conatur, tamquam esset: „intensior quaedam ad rem propositam collimatio," praesertim quum ipse in iisdem paene verbis, eiusdemmodi mendum ex codice, quo usus est, sustulisset, ubi pro *ποικιλίαιC Cχημάτων*, *ποικιλίαι* dederat. Eadem corruptio in eodem libro (p. 1097) recurrit: *εἰ μὴ — ἡ σύνθεσις — παραμυθήσαιτο τὸν τῆς διανοίας σκόπον*, ubi Reisk. suae ipse emendationis oblitus dubitat inter

σκότος et *κόπος*. Adiectivum legitur p. 1128 „exempla allaturus sim, inquit, *εἰ μὴ κοπώδης ἔμελλον φανήσεσθαι*, verbum, de Comp. Verb. p. 66. *κόπτεται γὰρ ἡ ἀκρόασις* et p. 134. *ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα κόπτοντα τὴν ἀκρόασιν*.

Contrarium mendum turbavit initium fragmenti orationis *κατὰ Τίσιδος*, quod laudatur p. 980. *ὀργῆς δὲ γενομένης, ἐς κόμματά τε αὐτῆς καὶ ἀντιλογίαν καὶ ἔχθραν καὶ λοιδορίαν κατέστησαν*. Cod. Reg. exhibet: *ἐς κώμματά τε αὐτοῖς*, „d'où il est aisé de former *ἐς σκώμματα*" Caperr., quod iam sine hoc subsidio Sylb. viderat et confirmarat, si quid iam opus esset, margo Cod. Bodl. Tandem in editione Cobeti V. C. omnia clarescunt: *ἐς σκώμματά τε* ʿAYTOIC *κατέστησαν* (fragm. LII).

P. 1025. ib. c. 23. Reprehendit D. Platonem, summum quidem philosophum, quando vero ad *ἐπιδεικτικοὺς λόγους* descendat et laudare vel vituperare oratione conetur, gloriae suae non respondentem: *ἕτερος γάρ τις αὐτοῦ γίγνεται τότε καὶ καταισχύνει τὴν φιλόσοφον ἀξίωσιν· καὶ μοί γε πολλάκις ἐπῆλθεν εἰπεῖν ἐπὶ τῶν τοιούτων αὐτοῦ λόγων, ὃ πεποίηται παρ' ʿΟμήρῳ πρὸς τὴν ʾΑφροδίτην ὁ Ζεὺς λέγων·*

οὔτοι, τέκνον ἐμὸν, δέδοται πολεμήια ἔργα
ʾΑλλὰ σύ γ' ἱμεροέντα μετέρχεο ἔργα [γάμοιο]

Inopportuno tempore quis verborum Homericorum memor supplevit *γάμοιο*. Perperam, nam ipse D. versum imperfectum absolvit, quum addat: *Σωκρατικῶν διαλόγων· ταῦτα δὲ πολιτικοῖς καὶ ῥήτορσιν ἀνδράσι μελήσει*, sive versus proximi (vs. 430) sibi in mentem venit: *ταῦτα δ' Ἄρηι θοῷ καὶ ʾΑθήνῃ πάντα μελήσει*, sive illius: *πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει*. Quod si quis *γάμοιο* deleverit, missam facere poterit observationem Sylb. „Post Homeri locum deest applicatio: *οὕτω καὶ σὺ, ὦ Πλάτων, μετέρχεο τὰ ἔργα τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων*, vel brevius: *τῶν Σωκρατικῶν δηλαδὴ διαλόγων*. Video iam Reisk. emblema delevisse. Etiam in exordio libri de Comp. Verb. D. verba Homerica ad suum usum accommodat, verba Helenae mutuans: *δῶρον τοι ἐγὼ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι* (Od. O. 125) et p. 117. *καὶ εἴγε δεινὸς ἦν οὗτος* (l. *οὕτως*) *ἐκλέξαι τὰ ὀνόματα, ὡς συνθεῖναι περιττὸς, καὶ νύ κεν ἢ παρέλασσε τὸν Δημοσθένην κάλλους ἑρμηνείας ἕνεκεν ἢ ἀμφήριστον ἔθηκε*. (Il. ψ. 382). Sunt verba Homeri de Eumelo et Diomede equorum velocitate certantibus. Solent enim sequiores per fas et nefas Homerum citare, ut Plutarchus in libello „de tuenda sanitate" plane eadem ratione, qua hic noster verba poetae suis includit. Facit enim (edit. Hercheri p. 281) aliquem ad amicum dicentem: Aegre fers si quis sibi persuadeat philosophum magis geometriae et dialecticae et musicae operam dare oportere, quam cognoscere:

ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται τῷ σώματι.

Praeteriimus emblema in fragmento Thrasymachi,

quod c. 3. eiusdem libri affertur. Incipit sollemni ac trito illo oratorum Atticorum exordio: Ἐβουλόμην μὲν, supple [1]) ἂν, quia ea sibi exoptat orator, quae obtingere non possint, et confer Var. Lect. p. 483. ubi auctore Bakio in Aesch. Ctesiph. § 2. pro ἐβουλόμην μὲν οὖν reponitur ἐβουλόμην μὲν ἊΝ, deinde p. 100. „Levissima de causa ἄν perit, sive quid praecedit, (nostro loco μέν) sive sequitur, quod non multum discrepet, particula absorbetur" et paulo ante: „nulla est vocula, quae facilius intercidat: eius salus saepissime a tenui lineola pendebat, ut oculatiores etiam, quam scribae, describendi taedium vix devorantes, dubii haereant utrum ΜΑΛΙCΤΑ an ΜΑΛΙCΤᾹ id est μάλιστ' ἄν scriptum sit in Codice, quem teneant manibus." Sed redeamus ad exordium nostrum: Ἐβουλόμην μὲν ἂν, ὦ Ἀθηναῖοι, μετασχεῖν ἐκείνου τοῦ χρόνου [τοῦ παλαιοῦ] καὶ τῶν πραγμάτων, ἡνίκα σιωπᾶν ἀπέχρη τοῖς νεωτέροις, τῶν τε πραγμάτων οὐκ ἀναγκαζόντων ἀγορεύειν, καὶ τῶν πρεσβυτέρων ὀρθῶς τὴν πόλιν ἐπιτροπευόντων. Re vera ἐκεῖνος ὁ χρόνος, ἡνίκα κ. τ. ἑ. est ὁ χρόνος ὁ παλαιός, sed non requirimus Scholiasten, qui nos talia doceat. Etiam verba: καὶ τῶν πραγμάτων mihi quidem valde suspecta et „malim," ut utar sermone criticorum modestiorum: μετασχεῖν ἐκείνου τοῦ χρόνου, ἡνίκα σιωπᾶν ἀπέχρη, sed de ea quidem re, me

[1]) Cf. de eodem mendo pag. nostram 72.

prudentiores videant. Est in eadem oratione lacuna, quam Reiskius duobus supplementis, quae minime inter se congruant, immo e diametro sibi sint opposita explere conatur. Periodi reliquiae hac sunt: (deplorat aequalium suorum pravitatem) καὶ τοὺς μὲν ἄλλους τὸ πλῆθος τῶν ἀγαθῶν — ἐσωφρονοῦμεν· ἐν δὲ τοῖς κακοῖς ἡμανη μὲν, ὃς τοὺς ἄλλους σωφρονίζειν εἴωθεν. Facile est videre ultima ita esse rescribenda: ἐν δὲ τοῖς κακοῖς ἐμάνημεν, ἃ τοὺς ἄλλους (non scrib. cum Reisk. καὶ τοὺς ἄλλους) σωφρονίζειν εἴωθεν. Priora ex coniectura ita fere restituam: καὶ τοὺς μὲν ἄλλους τὸ πλῆθος τῶν ἀγαθῶν (εἰς ὕβριν προάγει [1]), ἡμεῖς δ' ἐν μὲν ταῖς εὐτυχίαις) ἐσωφρονοῦμεν, ἐν δὲ τοῖς κακοῖς κ. τ. ἑ. Totum fragmentum corruptissime se habet, duo minoris fortasse momenti attingam: orator miserias retulerat, in quas respublica per maiorum natu socordiam inciderat (haec quidem ex sententiarum ruderibus effodere licet) et ita concludit: „Quae quum ita sint ἀνάγκη δὲ λέγειν. Dixit, opinor, ἀνάγκΗ ἬΔΗ λέγειν. In ultimis duplicata occurrit constructio: οἰόμενοι γὰρ

[1]) Vereor nequis mihi obiciat, quod nimis coniecturis indulgeam, alioquin libenter ad prudentiores referrem, an forte lacuna, quae est in extremo cap. 8, post verba ex Platonis Phaedro citata, ita sit explenda: καὶ ταῦτ' οὐ (editur: καὶ ταῦθα οὐ) (μέμφομαι ὡς παρὰ τῶν τυχόντων τινὶ κείμενα, ἀλλ') ὡς παρὰ Πλάτωνι, collats, quae scripsit D. in Ep. ad Cn. Pomp. c. 2. postquam eandem fere partem ex eodem laudaverat dialogo: ἐπιτιμῶ τ' οὐχ ὡς τῶν τυχόντων τῳ, ἀλλ' ὡς ἀνδρὶ μεγάλῳ καὶ ἐγγὺς τῆς θείας ἐληλυθότι φύσεως.

ἐναντία λέγειν ἀλλήλοις, οὐκ αἰσθάνονται τὰ αὐτὰ [πράττειν] πράττοντες. Recte Reisk. „πράττειν omnino delendum." Construitur enim verbum αἰσθάνεσθαι cum Participio idque nominativo casu, si participii notio ad ipsum qui animadvertit refertur, genetivo, quando alterum observare dicitur.

Ut supra particulam ἄν excidisse, nisi quid me fefellit iudicium, ostendi, in cap. 8. p. R. 974. μέν evasit ex verbis ὁ Δημοσθένης — ἑνὸς οὐδένος ἠξίωσε γενέσθαι ζηλωτής, οὔτε χαρακτῆρος, οὔτ' ἀνδρὸς, ἡμιέργους τινὰς ἅπαντας οἰόμενος εἶναι καὶ ἀτελεῖς, ἐξ ἁπάντων δ' αὐτῶν, ὅσα κράτιστα καὶ χρησιμώτατα ἦν, ἐκλεγόμενος κ. τ. ἑ. Nisi ipsa verba satis docerent legendum esse: ἑνὸς μὲν οὐδένος, cum loco nostro componerem c. 33. ubi colligens, quae in superioribus disputaverat: ἔπειτα, inquit, δείξας ἀτελεῖς ἁπάντας ἐκείνους, καὶ καθ' ὃ μάλιστα ἀδέκαστον ὑπελάμβανον τοῦ τέλους (qui ἀδέκαστος est corrumpi non potest, verba vero ipsa incorrupta non sunt, suspicor ἀστοχεῖν ἕκαστον ὑπελάμβανον τοῦ τέλους cf. c. 55. τῆς ποσότητος ἀστοχοῦντα nec non de Thuc. c. 3. κρατίστη δὲ (sc. Φύσις), ἡ πλεῖστα μὲν ἐπιτυγχάνουσα, ἐλάχιστα δὲ ἀστοχοῦσα) ἐκλογισάμενος διὰ βραχέων, ἦλθον ἐπὶ τὸν Δ. τοῦτον δὲ ἑνὸς μὲν οὐδένος ἀποΦηνάμενος οὔτε χαρακτῆρος, οὔτ' ἀνδρὸς ζηλωτὴν γενέσθαι ἐξ ἁπάντων δὲ τὰ κράτιστα ἐκλεξάμενον κ. τ. ἑ.

P. 993. negatio desideratur. In multis, D. auctore, Demosthenes Lysiae simillimus est, ut non

pauci non facile discernerent, utrum oratio huic an illi esset tribuenda. (Eadem antea disseruerat de Isaeo et Lysia cf. p. nostram 19), praesertim in causis privatis et in partibus quibusdam contionum: ἐν οἷς δῆλός ἐστι περὶ καλλιλογίαν καὶ σεμνότητα, καὶ πάσας τὰς ἐπιθέτους κατασκευὰς (οὐ) μᾶλλον ἐσπουδακὼς, ἢ περὶ τὴν ἀκρίβειαν [1]). Quam male propter minoris quidem momenti, nec difficilia perspectu menda, textus D. sese habeat facile apparebit ex una periodo ex orat. Dem. de F. L. § 258, quam Dion. ita fertur laudasse: semper, inquit, odisse proditores oportet, μάλιστα δὲ νῦν ἐπὶ τοῦ καιροῦ τούτου γένοιτ' ἂν, καὶ πάντες ὠΦελήσειεν ἀνθρώπους κοινῇ. Possim sexcenta eiusmodi exempla proferre sed non gravabitur credere, qui Dion. inspexerit. Talia sunt p. 981. vs. 3. τὸ δ' ἐπὶ τούτοις λεγόμενον ἅπαν, leg. ἅπασι, quia de duobus loquitur vocabulis, post longam demum παρέμπτωσιν, per figuram, quam rhetores, ni fallor, *traiectionem* vocant, addita. Sic paulo ante p. 980: καὶ ἔπειτα ἐπὶ πᾶσιν, ὃ τοῦ πρώτου μέρους ἦν — ἀποδοῦναι. p. 995. ἀλλ' ἔστιν αὐτῆς (sc. dictionis Demosthenicae) ἀναΦαίρετος οὗτος, (sc. ὁ τόνος εἴτ' ἄρα συγγενής, εἴτ' ἀσκήσει παρὼν (l. παρελθὼν) εἰς ῥῆσιν. p. 996

[1]) Cf. p. 1029. ὥστ' (οὐκ Sylb.) ἀναγκαῖον ἦν πάλιν τὸ αὐτὸ λέγειν. Abundat negatio de Thuc. Iud. c. 18. ὁ δὲ περιβόητος ἐπιτάφιος, ὃν ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ διελήλυθε, κατὰ τίνα δήποτε λογισμὸν ἐν τούτῳ κεῖται τῷ τόπῳ μᾶλλον, ἢ ἐν [οὐκ] ἑτέρῳ;

et 997, ἐκ τῆς περὶ (pro ὑπὲρ, cf. festivissimum huius confusionis exemplum: de Isaeo c. 6. τοῦτον ἐπιγράφει τὸν λόγον Καλλίμαχος: Περὶ Φερενίκου Ὑπὲρ τοῦ Ἀνδροκλείδου κλήρου, pro Ὑπὲρ Φ. Περὶ, τ. Ἀ. κ. ut restituit Cobetus V. C. Lys. Fragm. LIV. Scribae, ut suspicor, inter utramque praepositionem non distinguebant) Κτησιφῶντος ἀπολογίας; c. 31. affertur quidem locus ex oratione Dem. κατὰ Κτησιφῶντος. p. 1008, ἡδύνειν τὰς ἀκοὰς, εὐφώνων τε καὶ ἐκλέκτων (?) ὀνομάτων ἐκλογή (l. ἐκλογῇ). c. 21. ἐκ μιᾶς τῶν κατὰ Φιλίππου δημηγορίας (pro — ῶν). p. 1027. τοῦτο μὲν οὖν ἐῶ, lege τοῦτον, quia refertur ad λόγον et mox: ἀφιστάσθων [1]) δὴ καὶ αὐταί l. αὗται, p. 1029. εἰ μὴ κράτιστον ..... τῶν περὶ τὰς ταφὰς νομίμων τοῦτο ὑπελάμβανεν ὁ ἀνὴρ εἶναι. Nemo non statim addet ἁπάντων, c. 27. ini. ἀποφάσεως δ' ἀξιοῦνται τὰ ἄληπτα, pro ἀποφάνσεως et ἀξιοῦται, ac continuo ibidem: τουτὶ μὲν δὴ παχὺ εἴρηται· τὸ τὸν τούτῳ λεγόμενον ἐνθύμημα, ἀσθενέστερον, ubi manifeste legendum: τὸ δ' ἐπὶ τούτῳ; in eodem capite: οὔτε γὰρ ἡγένεσις αὐτή τι ἀποφαίνεσθαι φύσιν ἔχει, οὔτε μετοικεῖν (l. μετοικεῖ) τις, ἐν ᾗ ἂν γένηται. c. 29. p. 1041. ἀλλὰ περί γε τῆς τροφῆς αὐτοῦ γενναίᾳ χρήCЄΙ ΚΑΙ φράσει, corruptum est ex γενναίᾳ χρήCЄΤΑΙ φράσει. Sylburg. non perspiciens ironiam, qua utitur D. male emendat: γενναίᾳ χρῆται τῇ φρ.

---

[1]) Editur: ἀφίστωσαν ex ἀφιστάσθωσαν depravatum.

c. 29 in. ἂν excidit: εἰ τῶν ἐπιγείων τις ἡμῶν καὶ χαμαὶ ἐρχομένων (opp. ὁ δαιμόνιος καὶ θαυμάσιος Πλάτων) κάλλιστα καὶ ἄριστα εἶπεν, ὅσον (ἂν) ἐκίνησε γέλωτα. c. 31. in. ὅτι πάντα ἡγεῖται τἆλλα ἐλάττω τιμῆς δόξης, (l. ΤΗC δόξης) ἧς φέρουσι καλαὶ πράξεις. c. 32. τοῦτο μὲν γὰρ, ὡς προειδότας ὁμοίως ἁπάντας, οὐδὲ λόγου δεῖν οἶμαι. Recte Sylb. πρὸς εἰδότας, initio eiusdem cap. Οὐδείς ἐστιν, ὃς οὐχ ὁμολογήσειειν, εἰ μόνον ἔχοι μετρίαν ἄισθησιν περὶ λόγους, καὶ μήτε βάσκανος εἴη, μήτε δύσερίς τις, in textu pro εἴη legitur ᾖ. Infinita est, quod dixi, eius modi mendorum copia, quam non opus est omnem proferre quoniam κατατρίψαι τὸν χρόνον περὶ ταύτην τὴν θεωρίαν, ut utar verbis Dionysii leviter immutatis, ἐπιλελησμένου τῆς συμμετρίας ἐστὶ, τῇδέ μοι περιγεγράφθω [1]).

Quam verum sit, quod supra affirmavi, textum Dion. scatere lacunis, parvis vero plerumque nec expletu difficilibus, vel optime apparebit ex uno capite 35. libri de Dem. λέγωμεν ἤδη καὶ τῶν ὀνομάτων ᾗ κέχρηται ὁ ἀνὴρ (συνθέσει iure addit Sylb). Infra in eodem cap. Aeschines, inquit, Demosthenem carpit circa verborum delectum, idque tamen

---

[1]) Editur: c. 32. de vi dic. Dem. ἐπειδὴ δὲ παρελθεῖν ἡμῖν οὐκ ἐνῆν Πλάτωνα, ᾧ τὰ πρωτεῖά τινες ἀπονέμουσι, κατατρίψαι δὲ τὸν χρόνον περὶ μίαν ταύτην θεωρίαν, ἐπιλελησμένον τῆς ὑποθέσεως, ἧν, τῇδέ μοι περιγεγράφθω. Lege: ἐπιλελησμένου τῆς ὑποθέσεως ἦν, τῇδε κ. τ. ἑ.

speciosas nonnullas nactus causas: περὶ δὲ τῆς συνθέσεως τῶν ὀνομάτων, οὐδὲν οὔτε μεῖζον ἢ καί γέλωτα φέρων. De ultimis quid statuendum sit, mihi quidem non constat, ubi vero praecedit οὔτε μεῖζον, nulla superest dubitatio, quin exciderit, οὔτ᾽ ἔλαττον. Item in ultimo capite 24. in eadem constructione alterum membrum evanuit: ταῖς γὰρ ἀλόγοις αἰσθήσεσιν ἅπαντα τὰ ὀχληρὰ καὶ ἡδέα κρίνεται καὶ οὐδὲν δεῖ τάυταις οὔτε παραμυθίας. Insere οὔτε διδασκαλίας, quoniam praemissa sunt verba: καὶ τοῦτο οὐ λόγῳ δεῖ μαθεῖν ἕκαστον. Etiam periodus qua haec continuatur, duobus scinditur hiatibus: ἢ οὐχὶ τοῦτό πω θαυμάζειν, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ μαρτυρῶν πολλαχῇ τὴν ἀρετὴν τῷ ῥητορι κατάδηλός ἐστι καὶ ζηλῶν. Post θαυμάζειν deest ἄξιον, atque ita videtur scribendum: ἢ οὐχὶ τοῦτό πω θ. ἄξιον; in reliquis constat: ταύτην τὴν ἀρετήν esse restituendum ut infra: ἀναμφιλόγως αὐτῷ ταύτην παρακεχώρηκε τὴν ἀρετήν. Universum hoc caput est ex eis, quae plurimis laborant corruptelis, ita enim pergit: Φανερὸν δὲ τοῦτο γένοιτ᾽ ἂν ἐξ ὧν αὐτὸς εἴρηκε, τότε μὲν οὕτω πως γράφων — Quia non sequitur τότε δὲ, sed (ἐν adde cum Sylb.) ἑτέρῳ δὲ λόγῳ, lege: ποτὲ μὲν, est inter haec perpetua quaedam confusio cf. Iud. de Thuc. c. 24: πτώσεις ποτὲ μὲν πρὸς τὸ σημαινόμενον ἀπὸ τοῦ σημαίνοντος ἀποστρέφων, ποτὲ δὲ πρὸς τὸ σημαῖνον ἀπὸ τοῦ σημαινομένου. In Ep. ad Amm. II. ubi haec αὐτολεξεὶ citantur, legitur: τότε μὲν

et τό τε δέ. Post verba Aeschinis ex Ctesiphontea p. 229 laudata: ἐν γὰρ δὴ τόυτοις αὐτὴν ἐκλογὴν ἐπαινεῖ τῶν ὀνομάτων αὐτοῦ, νὴ Δία· τίς γὰρ ἂν γένοιτο πικρᾶς καὶ περιέργου ὀνομασίας ζῆλος ἐν ἀηδίᾳ. Sylb. „In exemplari est μὰ Δία," quod si quis retinere velit, pro αὐτὴν legendum fuerit: „οὐ τήν." Miror virum doctum optimam hanc emendationem, tam dubitanter proferre [1]). Quam vera sit, efficere licet ex iis, quae de altero Aeschinis aculeo observat: καὶ γὰρ ἐνταῦθα οὐ δέδοικε μὴ τὸ κάλλος — αὐτοῦ τῶν ὀνομάτων ἀγαπήσωσιν Ἀθηναῖοι. Praeterea post ἐν ἀηδίᾳ, supple: συνθέσεως, „nihil prosunt curiose delecta vocabula in molesta verborum compositione."

Finem faciam in indicandis emblematis quibusdam, imprimis in Epist. I. ad Ammaeum. Veteres editores, ut mihi observasse visus sum, hoc habent proprii quod saepe acutissime atque ingeniosissime locos depravatos emendare solent, numquam vero, aut non nisi perraro, scholiis et emblematis offenduntur.

Statim Epistolae initio, D. refert se audisse: ὅτι τῶν φιλοσόφων τις τῶν ἐκ τοῦ Περιπάτου, πάντα χαρίζεσθαι βουλόμενος Ἀριστοτέλει [τῷ κτίσαντι ταύ-

---

[1]) Reiskius, quod facere nonnumquam amat, coniciendi ardori indulgens, duas proponit mutationes. Ceterum homini acuto iudicio praedito nec non industria vix credibili, non maledico. Qui mecum candorem eius admirantur, animi causa, velim, legant quae in Praef. Edit. Dion. invehitur in Hudsonum, qui editionem negligenter correctam, multisque pravis lectionibus deformatam, in lucem emisisset.

την τὴν Φιλοσοφίαν] καὶ τοῦτο ὑπέσχετο se planum esse facturum, Demosthenem, praeceptis, quae Aristoteles in „Arte" sua tradidisset, obsecutum, ad summam eloquentiae gloriam pervenisse. Habebimus igitur Dionysium Ammaeum, ad quem mittit commentarium de controversia ad chronologiam et historiam Graecam pertinenti, instituentem, Aristotelem *τῆς ἐκ τοῦ Περιπάτου Φιλοσοφίας κτίστην* fuisse. Quo quid absurdius?

C. 4. *δημοσίους τε λόγους ἤρξατο γράφειν ἐ π ὶ Κ α λ λ ι σ τ ρ ά τ ο υ ἄ ρ χ ο ν τ ο ς, εἰκοστὸν καὶ πέμπτον ἔχων ἔτος, καὶ ἔστιν αὐτοῦ πρῶτος — ὁ κατὰ Ἀνδροτίωνος — καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἕτερος, [ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος] ὁ περὶ τῶν ἀτελειῶν, ὃν αὐτὸς διέθετο κ. τ. ἑ.* Verba *ἐπὶ Κ. ἀ.* aut negligentia scribae male ex superioribus repetita sunt, aut ineptum glossema, quod adscripsit nescio quis ad: *κατὰ τ. ἀ. χρόνον.*

C. 7. *Περί τε παραδειγμάτων προελόμενος λέγειν, ὅτι τὴν αὐτὴν ταῦτ' ἔχει δύναμιν ταῖς ἐπαγωγαῖς [καὶ τοῖς συλλογισμοῖς].* Verba quae ab imperitiore quodam addita sunt, contraria dicunt iis, quae ab Aristotele discimus. Est enim philosophi doctrina (Rhetor. Ed. Bekk. p. 6. vs. 26) huiusmodi: Quod in dialectica epagoge est, idem in rhetorica *παράδειγμα*, quod vero apud dialecticos syllogismus, oratoribus enthymema: *καλῶ δ' ἐνθύμημα μὲν ῥητορικὸν συλλογισμόν, παράδειγμα δ' ἐπαγωγὴν ῥητορικήν.* Unde satis apparet, quam parum vero congruat, conten-

dere *exempla* eandem vim ac potestatem habere quam *et* rationem per inductionem, ut loquuntur dialectici, *et* per syllogismum, quae contra duo sunt ratiocinandi genera, ambo quidem menti humanae propria (dixeram fere: i n n a t a, sed obsistit philosophorum metus) sed inter sese diversissima.

Festivum legitur emblema c. 8. in fragmento Aristotelis: *καὶ Λεπτίνης περὶ Λακεδαιμονίων* (sc. per metaphoram dixerat) *οὐκ [ἐᾶν] περιιδεῖν τὴν Ἑλλάδα ἑτερόφθαλμον γενομένην.* Dixerat Ar. *οὐ περιιδεῖν*, explicuit Scholiasta: *ἐᾶν* (locus est in Rhetor. l. III. c. 10. p. 1411.) Philochorus cf. c. 9. iisdem fere verbis utitur absque scholio: *καὶ δεομένων, μὴ περιιδεῖν αὐτοὺς καταπολεμηθέντας.*

In eodem fragmento alterum metaphorae exemplum affertur, a Cephisodoto inventae, quum Chares rationes reddere properaret *τοῦ περὶ τὸν Ὀλυνθιακὸν* (leg. aut *τῶν περὶ τὸν Ὀλυνθιακὸν πόλεμον*, aut *τοῦ περὶ τὴν Ὄλυνθον πολέμου*). Quod quum Cephisodotus aegre ferret, dixit: Charetem *εἰς πνῖγμα τὸν δῆμον ἀγαγόντα* (editiones Aristotelis exhibent *ἔχοντα*) *τὰς εὐθύνας πειρᾶσθαι διδόναι οὕτως.*

Suspicor: *οὕτως τὰς εὐθ. πειρ. διδ.*, deinde in Dionysii *ἀ γ α γ ό ν τ α* et Aristotelis *ἔ χ ο ν τ α* latere videtur *ἄ γ χ ο ν τ α*. *Ἄγχειν εἰς πνῖγμα* i. e. tamdiu laqueo iugulum alicui comprimere, donec in eo sit, ut suffocetur cf. interpretes ad Thom. Mag. i. v. *ἄγχει*, praesertim Abreschium: Differunt proprie,

(sc. ἄγχειν et πνίγειν) prius videtur praecedere πνιγμός sequitur. Apollodor. II. c. 5. sect. 1. κατέσχεν ἄγχων, ἕως ἔπνιξε. Aristid. T. 3. p. 125. ὅνῳ συμπλακεὶς καὶ πνίγων τὸν λέοντα ἄγχειν ᾤετο (qui locus a v. d. ut sibi prosit allatus, contrariam Hemsterhusii confirmat sententiam: utrumque verbum „promiscue ab Atticis usurpari."

Non ita multum ab eo, de quo modo egi, emblemate genere discrepat scholion c. 12, item circa verba Aristotelis, quae laudaverat Dionysius, ut evinceret, „Artem Rhetoricam" compositam fuisse *post* quam Demosthenes nobilissimas peregit orationes. „Nonnumquam, Aristoteles disserit, fit ut quamvis is, qui patitur aliquid, dignus sit, cui tale quid accidat, auctor non is est per quem ea res effici debuerit, ὥςπερ ἐν τῷ 'Αλκμαίωνι τοῦ Θεοδέκτου — καὶ οἷον ἡ περὶ Δημοσθένους δίκη, καὶ τῶν ἀποκτεινάντων Νικάνορα." Τίς οὖν ἐστιν ἡ Δημοσθένους δίκη, Dionysius quaerit, περὶ ἧς ὁ φιλόσοφος γέγραφεν; Scholiasta post δίκη repetit, καὶ τῶν ἀποκτεινάντων Νικάνορα. Quodcunque illud iudicium est de Nicanoris percussoribus, constat nihil ad Demosthenem pertinere, ideoque Dionysio non magis de ea controversia fuisse quaerendum, quam de caede, ab Alcmaeone perpetratam, cuius similiter meminerat Aristoteles.

Animadverti in Epist. quoque ad Pomp. nonnulla, cum scholia, tum vocabula, quacunque de causa,

prave inserta et sententiae concinnitatem turbantia, quae breviter indicabo.

R. p. 756. vs. 13. ἀλλὰ θῶμεν, ἀπὸ τοῦ βελτίστου, δι' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν πάντα λέγειν [ἀληθῆ] Πλάτωνα. *Omnia vere dicere, ipsius veritatis gratia*, negligentius scriptum est, quam quod Dionysio committamus, qui etiamsi non e c o h o r t e n o b i l i illa scriptorum, a n t i q u i o r e, ut verbis utar Gellianis, et sententiis saepe futilis, tamen, ut qui optimis exemplis institutus esset, quod ad φράσιν saltem attinet, nequaquam τῶν ἀπερριμμένων est. Eadem de causa non mihi persuadeo eundem c. 3. p. 776 scripsisse: τῆς δὲ φράσεως [τῶν ὀνομάτων] τὸ μὲν κατὰ φύσιν Ἡρόδοτος ἐζήλωκε, τὸ δὲ δεινὸν Θουκυδίδης. Ἡ φράσις continetur quidem verbis cf. Quint. 8. 1. 1. „quam Graeci φράσιν vocant, Latine dicimus elocutionem. Eam spectamus *verbis*, aut singulis, aut coniunctis," neque vero Latine dicitur, *elocutio verborum*, neque Graece ἡ φράσις τῶν ὀνομάτων. Ut duo de multis eligam exemplis, c. 4. legitur: διεγεῖραι τὴν φράσιν, Ep. ad Amm. II. c. 15. φράσις δυσπαρακολούθητος.

P. 776. ἐνάργεια μ ε τ ὰ ταῦτα τέτακται πρώτη, [μετὰ] τῶν ἐπιθέτων ἀρετῶν. Immo: πρώτη τ ῶ ν — ἀρετῶν. De virtutibus necessariis et adiectitiis cf. de Thuc. c. 22.

De Thuc. c. 1. in. καὶ δεδηλωκὼς ἐν ὀλίγοις ΤΙΝΑC 'AC ἕκαστος αὐτῶν εἰςφέρεται πραγματικάς τε καὶ λεκτικὰς ἀρετάς. Editur τινὰς ἅς. Videtur extremae

syllabae dittographia et emendandum ὀλίγοις, τίνας ἕκαστος — εἰςφέρεται — ἀρετάς.

C. 8. Testatur noster Thucydidem sine ira et studio clarissimum quemque celebrasse, Themistoclem meritis ornasse laudibus, Periclis peregisse panegyricum ingenti, qua frueretur, fama non indignam, περί τε Δημοσθένους [τοῦ στρατηγοῦ], καὶ Νικίου τοῦ Νικηράτου, καὶ Ἀλκιβιάδου τοῦ Κλεινίου, καὶ ἄλλων στρατηγῶν τε καὶ ῥητόρων ἀναγκασθεὶς λέγειν, ὅσα προςήκοντα ἦν ἑκάστῳ, δεδήλωκε. Non multum erit pericli, ne οἱ λόγιοι et οἱ εἰδότες, quibus scribere profitetur Dion. de Demosthene o r a t o r e cogitarent, cuius laudes a THUCYDIDIDE non facile aliquis deposcet. Idem redit scholion c. 9. ubi Thucydidi obiciens quod, aestatium et hiemum ordinem secutus, crebrius narrando huc illuc transvolat, seriem rerum diverso loco gestarum enumerat interque eas: τὰ περὶ Λευκάδα πραχθέντα ὑπὸ Δημοσθένους [τοῦ στρατηγοῦ] καὶ τὸν πρὸς Αἰτωλοὺς πόλεμον.

Qui inspexerit initium c. 10. mihi, credo, concedet, adiectivum αὐτός excidisse: τὴν δ' ἀφορμὴν α ὐ τ ο ῖ ς τῆς κατηγορίας ταύτης (α ὐ τ ὸ ς) ὁ συγγραφεὺς παρέσχηται.

Magis iam manifestum deprehendes scholium in capite proximo. „Novam ingressus viam, Thucyd. non, ut narrationem suam tamquam lapidibus distingueret, secutus est regum, vel sacerdotum successionem, neque olympiadum circuitus ἢ τοῖς ἀπο-

δεικνυμένοις [ἄρχουσιν] ἐπὶ τὰς ἐνιαυσιοὺς ἀρχάς. Qui quotannis ad honores designantur gerendos, sunt quidem ἄρχοντες, melius vero huiusmodi enarrationes ad marginem relegabimus. Contrarium vero, pergit, inusitata illa divisio effecit, quam quod expectaverat, οὐ γὰρ σαφεστέρα γέγονεν ἡ διαίρεσις τῶν χρόνων ἀλλὰ δυσπαρακολουθητοτέρα. [κατὰ τὰς ὥρας]. Quae unde verba oriunda sint, pro certo affirmare non ausim, suspicor perspicuitatis causa adscripta esse post: ἡ διαίρεσις τῶν χρόνων.

Parvulo nec minus incommodo additamento sententia laborat c. 10. (p. 834) „Duplicem belli Peloponesiaci causam profert Thucydides, alteram manifestam, alteram occultam; illi, auxilium scilicet quod Corcyrae miserant Athenienses, postquam duo milia impertivit versuum, τότε περὶ τῆς ἑτέρας αἰτίας τὸν λόγον ἀποδίδωσι τῆς ἀληθοῦς [τ ε] καὶ αὐτῷ δοκούσης. Melius supra: οὐκ ἀπὸ τῆς ἀληθοῦς καὶ αὐτῷ δοκούσης (causa, quae et sibi vera videatur) — τὴν ἀρχὴν πεποίηται τῆς διηγήσεως. Pro αὐτῷ utrobique emenda α ὑ τ ῷ.

Ostendit Cobetus V. C. (Var. Lect. p. 246) ἡ προτεραία et ἡ ὑστεραία perpetuo usu de *diebus* dici, omisso semper ἡμέρα, προτέρα et ὑστέρα vero de aliis rebus quibuslibet repetitis, *concione*, proelio etc. Reponit igitur apud Lucianum Ver. Hist. A. p. 19. γενομένης δὶς ἐκκλησίας τῇ π ρ ο τ έ ρ ᾳ μὲν οὐδὲν παρέλυσαν τῆς ὀργῆς, τ ῇ ὑστέρᾳ δὲ μετέγνωσαν. Peccatur in eadem plane re apud nostrum c. 17. ubi duplex

Atheniensium de Mitylenaeis plebiscitum refert et Thucydidem vituperat, quod: *διττῶν ἐκκλησιῶν γενομένων ἐν ταῖς Ἀθήναις, τοὺς μὲν ἐν τῇ προτέρᾳ ὑπὸ τῶν δημαγωγῶν ῥηθέντας λόγους παρέλειπεν, ὡς οὐκ ἀναγκαίους* (scribe: *παρέλιπεν*[1]) nam opponitur *παρέλαβεν*, quod tam facile corrumpi non potuit) *τοὺς δ' ἐν τῇ ὑστεραίᾳ πάλιν ὑπὸ τῶν αὐτῶν ῥηθέντας — παρέλαβεν ὡς ἀναγκαίους*. Descripsit Thuc. lib. III. c. 36 sq. ubi emendate legitur: *καὶ τῇ ὑστεραίᾳ μετανοία τις εὐθὺς ἦν αὐτοῖς* et mox: *Καταστησάσης δ' εὐθὺς ἐκκλησίας* — *Κλέων* — *ὅςπερ καὶ τὴν προτέραν ἐνενίκηκει* et c. 41. *Διόδοτος* — *ὅςπερ καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ ἐκκλησίᾳ ἀντέλεγε*, postremo c. 42. *τῆς μὲν προτέρας νεὼς οὐ σπουδῇ πλεούσης — ἡ δὲ ὑστέρα αὐτῆς ἐπικατάγεται.*

C. 22. Breviter complectens rhetorum placita quae ad *τὸν λεκτικὸν τόπον* pertineant, ita scribit: *ἡ μὲν ἐκλογὴ τῶν στοιχειωδῶν μορίων, ὀνοματικῶν λέγω καὶ ῥηματικῶν [καὶ συνδετικῶν] εἴς τε τὴν κυρίαν φράσιν καὶ εἰς τὴν τροπικὴν* (sc. *διαιρεῖται*). Verba et substantiva aut *propria* rerum sunt nomina, aut „per similitudinem ab alia re, aut suavitatis, aut inopiae

---

[1]) Cf. c. 24. Quae maxime Thuc. a ceteris distinguunt sunt: *τό τε πειρᾶσθαι δι' ἐλαχίστων ὀνομάτων πλεῖστα σημαίνειν πράγματα, καὶ πολλὰ συντιθέναι νοήματα εἰς ἕν, καὶ ἔτι προςδεχόμενόν τι τὸν ἀκροατὴν ἀκούσεσθαι καταλιπεῖν* (l. *καταλείπειν*) in eod. cap. *ὅταν μὲν οὖν ἥ τε προαίρεσις αὐτοῦ καὶ ἡ δύναμις συνεκδράμῃ — ὅταν δ' ἐλλείπῃ τὸ τῆς δυνάμεως κ. τ. ἑ.* (l. *ἐλλίπῃ*).

causa" (Cic. Or. c. 27.) translata, *coniunctiones* vero per figuram quandam transferre, ne artificiosissimi quidem oratoris est. Itaque vereor ne quis, ut omnia orationis elementa consummaret, *καὶ τῶν συνδετικῶν* adpinxerit.

Quoniam ad finem properandum est, breviter modo indicabo locos nonnullos, me quidem iudice, scholiis deformatos, de quibus prudentiores, velim, videant.

De Thuc. Iud. c. 37, carpitur dialogus inter Atheniensium praetores et Meliorum senatores (Thuc. V. c. 85 sq.), in quo Thuc. *κατ' ἀρχὰς μὲν ἐκ τοῦ ἰδίου προςώπου δηλοῖ τὰ λεχθέντα ὑφ' ἑκατέρων ἐπὶ μιᾶς δὲ ἀποκρίσεως τοῦτο τὸ σχῆμα διατηρήσας, [τὸ διηγηματικὸν] προςωποποιεῖ τὸν μετὰ ταῦτα διάλογον· [καὶ δραματικόν] ἄρχει δ' ὁ Ἀθηναῖος τάδε λέγων κ. τ. ἑ.* Quia in talibus quidem „l'art d'ennuyer c'est de tout dire" nihil amplius addam.

Ib. c. 42. *Τῶν δημηγορικῶν λόγων τεθαύμακα μὲν τόν — ῥηθέντα ὑπὸ Περικλέους — ὡς καὶ τοῖς ἐνθυμήμασιν ἡρμηνευμένον δαιμονίως, καὶ οὔτε κατὰ τὴν ἐξαλλαγὴν τῶν σχηματισμῶν [τῶν ἀνακολούθων καὶ βεβιασμένων] ἐνοχλοῦντα τὰς ἀκοάς, πάσας δὲ περιειληφότα τὰς ἀρετάς, ὅποσαι γίγνονται περὶ δημηγορικούς.*

De vi dic. Dem. c. 20. *διαδέχεται δὲ τὴν ὀλίγῳ πρότερον ἐξετασθεῖσαν ἀντίθεσιν ἑτέρα τοιαύτη τις [ἀντίθεσις]* sequuntur ipsius Isocratis verba.

C. 24. *νῦν μὲν γὰρ δυσὶ περιλαμβανομένη κώλοις, σύμμετρός ἐστι καὶ ἐναρμόνιος καὶ στρογγύλη, καὶ*

βάσιν εἴληφεν ἀσφαλῆ· (sc. περίοδος quaedam ex Menexeno) ἐὰν δὲ προςλάβῃ τουτὶ [κῶλον], ἅπαντα ταῦτ' ἀπεκρίθησαν (-σει?) καὶ μεταλήψεται τὸν ἱστορικὸν ἀντὶ τοῦ λογικοῦ τύπον.

C. 27. ποῖον ἔθνος ἀνθρώπων, καθαρᾷ διαλέκτῳ χρώμενον ἐρεῖ γένεσιν τὴν μὲν αὐτόχθονα, τὴν δὲ ἐπήλυδα; (cf. Menexenum c. 6.) ἡμῖν γὰρ δή τι συμβεβηκός ἐστι τὸ εἶναι αὐτόχθοσιν, ἢ μὴ [ἐπιχωρίοις] οὐχὶ τῇ γενέσει.

C. 28. ταπεινὴ [μοι δοκεῖ] καὶ ἄζηλος ἡ λέξις, καὶ οὐδὲν ἔχουσα τῆς περιμαχήτου πόλεως ἄξιον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ.

C. 40. p. 1079. παραδείγματα δ' αὐτῆς ποιοῦμαι, ποιητῶν μὲν Ἡσίοδόν τε καὶ Σαπφῶ καὶ Ἀνακρέοντα· τῶν δὲ πεζῇ λέξει χρησαμένων Ἰσοκράτην τε [τὸν Ἀθηναῖον] καὶ τοὺς ἐκείνῳ πλησιάσαντας. cf. quae disputavi p. 43.

Ib. c. 41. ταύτης τῆς ἁρμονίας κράτιστος μὲν ἐγένετο κανὼν ὁ ποιητής [Ὅμηρος].

Ib. infra, in fragmento Herodoti Ἀττικιστὶ μεταπεφρασμένῳ: Ἃ μὲν δὴ Κῦρός τε καὶ Καμβύσης, πατήρ τε ὁ ἐμὸς [Δαρεῖος] κατειργάσαντο καὶ προσεκτήσαντο ἔθνη, ἐπισταμένοις οὐκ ἂν τις λέγοι, paulo post: ἵνα Ἀθηναίους τιμωρησώμαι, ὅσα δὴ πεποίηκασι Πέρσας τε καὶ πατέρα τὸν ἐμόν. ὁρᾶτε μὲν δὴ (melius ἑωρᾶτε apud Herod. ὡρᾶτε) καὶ [πατέρα τὸν ἐμὸν] Δαρεῖον προθυμούμενον στρατεύεσθαι ἐπὶ τοὺς ἄνδρας τούτους. Verba πατ. τ. ἐμ. Sylb. auctore ex edit. Stephanea Herodoti addita sunt, sed melius aberunt.

C. 43. τῶν τε σχημάτων ἔνθα μὲν ἂν τις εὕροι τὰ σεμνὰ καὶ αὐστηρὰ καὶ ἀρχαῖα πλεονάζοντα ἔνθα δὲ

τὰ λυρὰ (Sylb. λιγυρὰ) καὶ γλαφυρὰ [καὶ ἀρχαῖα] καὶ θεατρικά.

C. 45. συμμεθαρμόζεσθαι ταῖς ὑποθέσεσι τὸν χαρακτῆρα τῆς συνθέσεως [τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασι].

Ib. infra: ἐν οἷς δὲ τὰ πρὸς τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ συμφέρον συντείνοντα λέγεσθαι (sc. δεῖ) ταῦτα δὲ ἁπλοϊκῶς πως — καὶ μετὰ σεμνότητος αὐστηρᾶς ἀπαιτοῦσιν οἱ πολλοὶ μανθάνειν· τὸ δὲ κωτίλον ἐν τούτοις καὶ ἀπατηλὸν ὥραν οὐκ ἔχει· [ἐπὶ τῶν ἐναγωνίων λόγων] οὐ τὴν αὐτὴν οὖν ἐπιστάμενος ἁπάντων φύσιν, οὐδὲ τοὺς αὐτοὺς ᾤετο [δεῖν] [1]) πᾶσι προσήκειν κόσμους·

Plura additurus de lacunis praesertim et hiatibus, quorum complures passim per opusculum meum attigi, tempore admonente *„claudam iam rivos."* Namque dies me et charta deficiant si omnes corruptelas, sive leviores, sive gravioris momenti, quae apud Dionysium occurrunt, recensere et pro virili parte emendare vellem. Erat autem in animo spicilegium dare ex iis, quae observaveram et *specimen* studiorum meorum. Quodsi mihi fata dederint, diutius in hoc studiorum genere elaborare, libens, experientia doctus et plura legendo iudicio confirmatus, ad Dionysium revertar, ut persequar an eadem, quae mihi iuveni ac tironi placuerint, prudentiori non displiceant. In praesentia igitur verba oratoris mutuabor: ἃ μὲν ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες, δεδυνήμεθα εὑρεῖν, ταῦτ' ἐστιν.

---

1) Cf. p. 41.

VARIETAS VOSSIANA.

Vir doctissimus Fr. Hanow ante hos sex annos edidit Epitomen libri *περὶ συνθέσεως ὀνομάτων* e Germanicis exemplis, librum praesertim Monacensem secutus, quem ex antiquissimo excerptum esse codice affirmat, cf. Praef. p. IV. „Brevioris formae „non solum, sed etiam integri libri Dionysiani *anti-„quissimus* testis codex ille, ex quo descriptum ha-„bemus librum Monacensem," et mox: „Ita autem „res se habet, deperditus est is quo rhetor ille qui „in conpendium redegit utebatur Dionysi codex ser-„vatis cunctis longe vetustior: extant exempla Epi-„tomae. His igitur diligenter excussis sic tandem „poterit libri archetypi memoria resuscitari, cum „exemplorum vestigia summa religione usi legemus." Quae si vera sunt, non ingratum fortasse futuro Dionysi editori fecero, si aliqua ex parte tamen illa vetustissimae recensionis vestigia confirmavero.

Quum autem in Bibliotheca Leidensi veteriores Rhetoricorum D. editiones inspicerem, incidi in exemplum editionis libri de C. V. a. 1604 Samosci a Sim. Bircovio emissae, cuius editoris observationes Reisk. compluribus in locis laudavit. Ipse liber est ex bibliotheca Isaaci Vossii, qui in margine codicis a se collati varietatem diligentissime descripsit.

MSi. enim cuiusdam lectiones, non ipsius viri doctissimi coniecturas esse facile sibi persuadebit, qui varietatem Vossianam, a me infra exhibitam, obiter modo inspexerit. Inter complures enim optimae notae emendationes atque supplementa, nonnulla etiam monstra lectionis annotavit, ut statim initio Ed. Reisk. p. 12. ad verba: *οὕτω κἀνταῦθα οὐδέν ἐστι προὔργου λέξιν εὑρεῖν καθαράν*, adscribit *πανούργου*, cuius lectionis nemini, credo, in mentem venisset, nisi eam in codice exaratam vidisset. Idem in Cd. Monacensi Epitomes legitur. Praeterea in quatuor primis lectionibus ipse Vossius addidit litteras: MS. et in quinta „adde ex MS ," in ceteris nihil nisi nuda verba adscripsit, praeterquam quod in p 65. 11. *γευστικήν, γεῦσιν*, adpinxit litteram V (vetustus liber?), quibus iisdem siglis etiam in collatione v. c. Euripidis, quae in eadem asservatur Bibliotheca, uti solet, deinde bis laudavit Schol. Hephaest. Ceterum lectiones Vossianae ad unam fere omnes consentiunt cum iis, quibus textus Reisk. ab Epitome Monacensi differt. Quod argumentis compro-

bare supersedeo, quia quicunque perlustraverit comparationem, quam inter verba Epitomes et Cd. Voss. institui, ipse huius rei testis oculatus, meis non eget verbis.

Ne tamen temere videar affirmasse, lectiones Voss. etiam per se aliquid fructus afferre posse emendatiori D. recensioni, locos non nullos, quibus hanc meam probem sententiam, describam:

P. 25. ὅτι δὲ καὶ ἡ πεζὴ λέξις τὸ αὐτὸ δύναται παθεῖν τῷ ἐμμέτρῳ, μενόντων μὲν τῶν ὀνομάτων, ἀλλασσομένης δὲ τῆς συνθέσεως, πάρεστι τῷ βουλομένῳ σκοπεῖν. MS. Voss. μενόντων μὲν γὰρ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων. Γὰρ auctori suo reddemus, αὐτῶν grati accipiemus et optime constitutam habebimus sententiam.

P. 42. τοῦτο τὸ στοιχεῖον ἐν μὲν ποιητικῇ δαψιλέστερόν ἐστιν, ἐν δὲ λόγοις πεζοῖς σπανιώτερον γίγνεταί τε, καὶ ἐν τούτοις, ἐφ' ὅποσον ἂν ἐγχωρῇ. Media periodos laborat, afferet medicinam Cod. Voss. σπανιώτερον, πλὴν γίγνεται καὶ ἐν τούτοις. Τε dittographia videtur ex — ται oriunda.

P. 62. ταῖς δὲ πολυσυλλάβοις, οἷαί ποτ' ἂν ὦσιν, ἡ τὸν ὀξὺν τόνον ἔχουσα μία ἐν πολλαῖς βαρείαις ἔνεστιν. MS. V. supplet, suadente Epitome: ἐν πολλαῖς ταῖς ἄλλαις βαρείαις.

P. 94. Natura, inquit, nos docuit: ταύρων τε μυκήματα λέγειν, καὶ χρεμετισμοὺς ἵππων, καὶ Φρυαγμοὺς τράγων (MS. V. Φριμαγμούς cf. Thom. Mag. Φριμάττεσθαι, ἐπὶ τράγου· Φρυάττεσθαι δὲ ἐπὶ

ἵππου.), πρός τε βρόμον καὶ πάταγον ἀνέμων. Πρός sensu vacat, nec multum adiuvamur doctrina Uptonii nos docentis: „Πρός τε idem, quod προσέτι." MS. V. πυρός τε βρόμον (cf. Il. Ξ. 396.

οὔτε πυρὸς τόσσος γε πέλει βρόμος αἰθομένοιο
οὔρεος ἐν βήσσῃς, ὅτε τ' ὤρετο καίεμεν ὕλην.

P. 133. 17. Optima, inquit, verborum compositio est, quae plurimas habet rhythmorum et numerorum mutationes. Exemplo sint Herodotus, Plato, Demosthenes: ἀμήχανον γὰρ εὑρεῖν τούτων ἑτέρους ἐπεισοδίοις τε πλείοσι, καὶ ποικιλίαις εὐροωτέραις, καὶ σχήμασι πολυειδεστέροις χρησαμένους. „Varietates profluentes" absurdo absurdiores sunt, quid Vossius? εὐκαιροτέραις.

P. 149. περιόδους δὲ συντιθέναι συναρτιζούσας τὸν νοῦν τὰ πολλὰ οὔτε (l. οὐδὲ) βούλεται (ἡ αὐστηρὰ ἁρμονία). MS. Voss. multo diligentius et accuratius: περιοδοὺς — συναπαρτιζούσας ἑαυταῖς τὸν νοῦν.

P. 158. 7. Consonantes ν et π nullo spatio disiunctae non confluunt, ἀλλ' ἀνάγκη στηριχθῆναι τὸ ν, καὶ πιεσθέντος ἱκανῶς τούτου, ἀκουστὸν γενέσθαι τὸ π, οὐ γὰρ ὑποτακτικὸν τῷ ν τὸ π· τούτου δ' αἴτιος ὁ τοῦ σχήματος σχηματισμός MS. V. καὶ πιεσθέντος ἱκανῶς τοῦ στόματος, τότε ἀκουστὸν γεν. κ. τ. ἑ. Deinde pro σχήματος exhibet στόματος, quod iam Schaef. ex coniectura Upt. et ex scriptura Cdd. Colb. et Reg. I. reposuerat.

Sed iam satis exemplorum. Subiungam his integram varietatem.

De Comp. verb. c. 3. p. 12. *οὐδέν ἐστι προὔργου λέξιν εὑρεῖν καθαράν.* Voss. „*πανούργου.* Ms." Exc. ex codd. R. D. [1]) *προὔργου*, cod. M. *πανούργου.*

P. 12. 4. *τις* quod recepit R. ex Reg. 2., addit insuper „vulgatae dant *τῆς*. Voss. „*τις* MS."

C. 3. p. 20. *ἀνέκλεκτα* Exc. ex R. D. exhibet vulgatam. Mon.: *ἀνάλεκτα*, idem Cd. Voss.

P. 26. *μενόντων μὲν τῶν ὀνομάτων.* MS. Voss. *μενόντων μὲν γὰρ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων*, Cod. Reg. *μενόντων γὰρ τῶν ὀνομάτων* Exc. *μενόντων γὰρ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων* Cod. D. *μενόντων μέν.*

P. 41. *πρὸς τὰ ὑποκείμενα πρεπωδέστερον*, verba: *λέγω δὲ ἐπὶ τῶν ὀνομάτων*, quae in ed. Reisk. ex Reg. 1 et Colb. addita sunt, supplevit Voss. ex MS. suo.

P. 42. *ἐν δὲ λόγοις πεζοῖς σπανιώτερον γίνεταί τε, καὶ ἐν τούτοις ἐφ' ὅποσον ἂν ἐγχωρῇ.* Post *γίνεταί τε*, Cod. Voss. addit: *πλὴν γίνεται καὶ ἐν τούτοις* eadem Exc.

P. 43. *ὅ τε Χωροφιλῆσαι λέγων τὸ Φιλοχωρῆσαι.* Cod. Voss. *ὅτ' ἐχωροφίλησε λέγων τὸ ἐφιλόχωρησε* et *λέγων* post *Λελύσεται* expungit. Eadem Exc.

P. 43. *ἁρμοσθεῖσαι καλλίους* Cod. Voss. *ἁρμοσθῆναι καλλίονες.*

P. 43. *ἑτέρα δὲ.* Cod. Voss. *Ἡδὲ ἑτέρα.*

---

[1]) I. e. Rehdigeranus, Darmstadiensis et Monacensis.

P. 44. *ἡ μόνη ἐλπὶς, δέδιμεν* Cod. V. *ἡμῶν ἡ ἐλπὶς, δεδίαμεν.* Eadem Exc.

P. 45. 12. *ἆρ' ὁμοίως.* C. Voss. *οὐχ ὅμοι.* Eadem Exc. et Reg. 2.

P. 46. 1. *ἐκφορᾶς*, C. Voss. *προφορᾶς* eadem Exc. e cod. M.

P. 48. 4. *βραχύτερον* C. Voss. *τραχύτερον.* Idem. Exc.

P. 57. 7. 8. *ἀηδές — ἁρμόττον*, Cod. Voss. *ἀηδής — ἁρμόττων.* Ex. p. XI. vs. 28. *ἀηδὴς δέ — τῷ μὴ τοῖς ὑποκειμένοις ἁρμόττων φαίνεσθαι.* ib. vs. 12. *ῥυθμόν*, C. V. *ῥυθμούς* idem Exc. ex R. D.

P. 58. *Διαλέκτου μὲν οὖν.* MS. V. expungit *οὖν*, ita Epit. XII. 1.

P. 60. vs. 1. *ταττομένη τῆς αὐτῆς* MS. V. pro *τῆς* inserit *ἐπί* idem Exc. XII. 3.

P. 62. 1. *συνεφθαρμένον* C. V. *συνδιεφθ.* idem Exc. XII. 5.

P. 62. 5. *Οἷαί ποτ' ἂν ὦσιν*, MS. V. *ἡλίκαι ἂν ὦσιν.* Eadem Exc. XII. 8.

P. 62. 6. *ἐν πολλαῖς βαρείαις* MS. V. post *πολλαῖς* inserit *ταῖς ἄλλαις.* Eadem Exc. XII. 8.

P. 63. 5. *τῶν Εὐριπίδου μελῶν* MS. V. addit *ἐκ.* Eadem Exc. XII. 12.

P. 63. 8. *ἀπόπροθι* MS. V. *ἀπο πρό μοι.* Exc. XII. 17. *ἄπο πρό μοι.*

P. 63. 9. *ἐν γάρ* MS. V. *καὶ γάρ.* Idem Exc. XII. 17.

P. 63. 10. *ἐπὶ μέσῃ* C. V. *ἐπὶ τῇ μέσῃ* Exc. XII. 17. *τῇ μέσῃ.*

P. 64. 1. τοῦ Κτυπεῖτε MS. V. τοῦ τε Κτυπεῖτε. Ead. Exc. XII. 20.

P. 64. 4. καταβέβηκεν MS. V. μεταβέβ. Id. Exc. XII. 22.

P. 65. 11. γευστικήν Vossius adscribit „γεῦσιν V." ut Exc. XII. 32.

P. 66. 4. γραμμάτων MS. V. πραγμάτων. Idem Exc. ex M. D. γραμμάτων R.

P. 66 7. σχηματιζομένη MS. V. ἐσχηματισμένη. Idem Exc. in margine D.

P. 67. 3. ῥημάτων MS. V. καὶ ῥημ. Idem Exc.

P. 67. 4. σχήμασί τε μὴ τοῖς αὐτοῖς διαμένειν. MS. V. ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ μένειν. Plane eadem Exc.

P. 67. 6. ἐπεισφέρειν Cod. V. ἐπιφερειν. Idem Exc.

P. 72. 4. τῶν φωνηέντων MS. V. τῶν μὴ φων.

P. 72. 5. ῥοῖζον, ἢ συριγμὸν, ἢ ποππυσμόν MS. V. ῥοίζων ἢ σιγμῶν ἢ μυγμῶν. Eadem Exc. p. 14 vs. 1.

P. 72. 8. ταῦτα μέν MS. V. διὸ δὴ ταῦτα. Ead. Exc. p. 14. 2. 3.

P. 72. 10. κρεῖττον MS. V. αὐτὰ ἑαυτῶν κρείττονα. Exc. p. 14. 5. αὐτὰ ἑαυτῶν κρεῖττον.

P. 74. 7. δύο μὲν μακρά MS. V. δύο μὲν βραχέα τὸ ε̄ καὶ τὸ ο̄, δύο δὲ μακρά. Eadem Exc. p. 14. 8.

P. 74. 12. πάντα τῆς ἀρτηρίας Vossius παρὰ MS. Exc. 14. vs. 10. utramque lect. coniungit πάντα παρὰ τῆς ἀρτ.

P. 75. 2. πλὴν τὰ μὲν μακρὰ, καὶ τῶν διχρόνων

Cod. Voss. πλὴν καὶ τὰ μακρὰ τῶν διχρόνων. Ead. Exc. p. 14. vs. 11.

P. 75. 10. καὶ τοῦ πνεύματος — τὸν τόνον. MS. V. καὶ τὸν τοῦ πν. — τόνον. Exc. 14. vs. 15. καὶ τὸν τοῦ πνεύματος οὐκ ἀποκόπτει χρόνον.

P. 75. 12. σπαδονίζει Cod. Voss. σπανίζει. Id. Exc. 14. 16.

P. 75. 13. τῶν μακρῶν MS. V. τῶν μακρῶν πάλιν Id. Exc. 17.

P. 76. 3. ὅτι MS. V. διότι. Id. Exc. 14. 18.

P. 76. 5. ἀνοιγομένου, addit MS. V. τοῦ στόματος Exc. 14. 19.

P. 76. 5. στρογγύλλεταί τε γὰρ — καὶ περιστέλλει MS. V. στρογγυλίζεται γὰρ — περιστέλλεται. Id. Exc. 14. 20.

P. 77. 6. κρότησις MS. Voss. κρίσις. Id. Exc. 14. 23.

P. 77. 8. εὔηχον MS. V. ἄμορφον. Exc. 14 241. εὔμορφον.

P. 77. 8. δυσηχές MS. V. δύσειδες (melius cum Exc. 14. 25. δυσειδές).

P. 77. 10. τὴν δέ. Ms. V. καὶ τήν. Id. Exc. 14. 25.

P. 78. 14. ἀνισταμένης MS. V. ἱσταμένης. Id. Exc. 14. 32.

P. 79. 2. ῥώθωνας MS. V. ῥώθωνα. Id. Exc. 15. 3.

P. 79. 5. προςαναγομένης MS. V. προαγομένης, id. post οὐρανὸν addit ὅλης. Eadem Exc. p. 15. vs. 435.

P. 80. 5. ἀλόγου MS. V. ἀλάλου. Id. Exc. p. 15. vs. 10.

P. 80. 9. *ἤριπε* MS. V. *ἤοι πεσχ.*

P. 81. 2. *ἄνθρωποι* MS. V. *ἀνθρώποις.* Id. Exc. 15. 14.

P. 84. 3. *ἄκρῳ* MS. V. *ἀκρᾶς.* Exc. 15. 21. idem exhibet.

P. 84 5. *ὑπορραπιζομένης* MS. V. *ἀπορραπιζομένης.*

P. 84. 5. *αὐτῷ* MS. V. *αὐτῶς.* Exc. p. 15. 22. eadem exh.

P. 85. 3. *κακίω δὲ* MS. V. *κάκιστα δὲ.* Exc. p. 15 26.

P. 87. 1. *Ὁδός* MS. V. *τὸ, ὁδός.*

P. 90. 11. *ἐμφαίνειν* MS. V. *ἐκφεύγειν.* Exc. *ἐκφαίνειν* p. 16. 21.

P. 93. 11. *μιμητικώτατα* MS. V. *μιμητικά.* Id. Exc. 16. 31.

P. 95. 2. *φρυαγμούς τράγων* MS. V. *φριμαγμούς.* Eadem Exc. 17. 5.

P. 95. 2. *πρός τε βρόμον* MS. V. *πυρός τε βρ.* Eadem Exc. 17. 6.

P. 95. 2. *συριγμόν* MS. V. *συρμόν.* Eadem Exc. 17. 6.

P. 95. 4. *μιμητικά* MS. V. *μιμήματα.* Eadem Exc. 17. 7.

P. 95. 5. *ἔργου* MS. V. *ἔργων.* Id. Exc. 17. 7.

P. 96. 4. *παρὰ δὲ τῶν συλλαβῶν συνθέσεις* MS. V. *παρὰ δὲ τὴν τῶν συλλαβῶν σύνθεσιν.* Id. Exc. 17. 8.

P. 96. 9. *αἴτια εἶναι, ἡδεῖαν* MS. V. *αἴτιον εἶναι ὁμοίως δὲ καὶ ἡδεῖαν.* Ead. Exc. 17. 12.

P. 102. 9. *τούτων* MS. V. *πάντων.*

P. 104. 13. *τρεῖς* MS. V. *τέσσαρες.* Idem Exc. p. 18. vs. 9.

P. 105. 8. *νεόλυτα* MS. V. *νεόχυτα.* Id. Exc. 18. 11.

P. 105. 12. Vossius alterum *κείναν* expungit. Id. Exc. 18. 13.

P. 106. 8. *κυκώμενε* MS. V. *κῆ* (videtur *κει*) *κώμενε.*

P. 107. 1. *πολεμοκέλαδε* MS. V. *πολέμοιο κέλαδε.* Id. Exc. 18. 20.

P. 107. 7. *Ζηνός* MS. V. *ὦ διός.*

P. 108. 9. *ἁρμονίας* MS. V. *ἑρμηνείας.* Id. Exc. 18. 29.

P. 110. 6. *συμβῶμεν* MS. V. *σύμβωμου.* Id. Exc. 18. 29.

P. 118. 1. *ἔστιν ἃ* MS. V. *ἔστιν ὅτε.* Id. Exc. 19. 11.

P. 129. 12. *μένοντα* MS. V. *ὄντα.* Exc. 19. 17.

P. 129. 13. MS. V. expungit *ἐν* et *ὡς.* Ead. Exc. 19. 17.

P. 130. 7. *ὑπόθωνται* MS. V. *ποιῶνται.* Exc. 19. 22.

P. 131. 16. *ἐν τῷ ᾄσματι* MS. V. *ἐν τῷ αὐτῷ ᾀσμ.* Exc. 19. 30.

P. 133. 1. *λέξις κρατίστη* MS. V. *κρατίστη λέξις.*

P. 133. 7. *ἄλλα* MS. V. *ἄλλοτε ἄλλοι.* Exc. 20. 3. Reg. 1 et 2. Colb.

P. 133. 15. *ἀμήχανον* MS. V. *ἀδύνατον.* Exc. 20. 7.

P. 133. 17. *εὐρωστέραις* MS. V. *εὐκαιροτέραις.* Exc. 20. 7.

P. 134. 8. *τάξις* add. MS. V. *φυλακή.* Exc. *σχημάτων· τάξις· φυλακή·*

P. 135. 12. ὀνομάτων MS. V. νοημάτων. Id. Exc. p. 20. 17.

P. 140. 5. ἀνακινεῖ MS. V. ἀνακυλίει. Exc. 20. 30.

P. 141. 2. ἔργου. MS. V. χρόνου. Exc. p. 21. 4.

P. 141. 5. 6. διαλείμματα MS. V. διλήματα. ibid. ἐποχάς MS. V. καὶ ἐποχάς. Exc. 21. 7.

P. 141. 11. τὸν — ἐπιστρέφοντα — κατακυλίομενον πέτρον MS. V. τὴν — φουσαν — ομένην — πέτραν. Exc. 21. 10. eadem.

P. 146. 13. κοινήν MS. V. εὔκρατον. Exc. 21. 27.

P. 149. 2. ἀναγκαίᾳ δουλεύοντα ἀκολουθίᾳ MS. V. ἀνάγκῃ δουλεύοντα, ἀκόλουθα δὲ. Eadem Exc. 21. 33.

P. 149. 5. συναρτιζούσας MS. V. συναπαρτιζούσας ἑαυτοῖς. Exc. 21. 35. συναπαρτιζούσας ἑαυταῖς.

P. 149. 8. ἀφελές MS. V. ἀσφαλές. Exc. 22. 2.

P. 150. 5. τὸ πῖνον MS. V. τὸν πῖνον. Exc. 22. 6.

P. 153. 3. 4. ἰοδέτων λάβετε στεφάνων τῶν ἐαριδρέπτων λοιβάν MS. V. ἰαδε τῶν λάχετε — τάν τ' ἐαριδρέπτων ἀοιδάν. Exc. 22. 12. ἰαδέτων λάχετε — τάν τε ἀριδρέπτων ἀοιδάν.

P. 154. 1. κισσοδέταν MSS. κισσοδαῆ. Exc. 22. 13.

P. 154. 4. Νεμέᾳ MS. V. Νεμέων. Exc. p. 22. ἐναργέα νεμέω μάντιν.

P. 154. 5. ἔρνος MS. V. ἑατῶν. Exc. 22. 15. ἑανῶν.

P. 154. 6. βάλλεται MS. V. βάλλετε. Exc. 22. 16.

P. 154. 7. ἐρατὰ ἴων φοβά MS. V. ἐραταὶ ἔων φόβαι. Exc. 22. 16. ἐραταὶ ἴων φόβαι.

P. 154. 8. ὑμνεῖτε — ὑμνεῖτε MS. V. οἰχνεῖτε — οἰχνεῖτε. Exc. 22. 17. οἰχνεῖτ' — οἰχνεῖτε.

P. 154. 11. τραχύνει, ante Reisk. legebatur ταχύνει MS. V. τραχύνει.

P. 155. 13. εὐπετές MS. V. εὐεπές. Exc. 22. 20.

P. 156. 1. ῥύσει MS. V. φύσει. Exc. 22. 21. Reg. 1.

P. 156. 5. ἑκατέρου MS. V. ἑκατέρων. Exc. 22. 23.

P. 157. 10. τραχεῖαν MS. V. ταχεῖαν Exc. ταχεῖαν in cod. Mon.

P. 157. 15. δυσέκφορον MS. V. δυσεκφώνητον. Exc. 22. 24.

P. 158. 4. εὐκέραστον MS. V. εὐέραστον. Exc. 22. 26.

P. 158. 5. τούτου ἀκουστόν MS. V. τοῦ στόματος τότε ἀκ. Exc. 22. 27.

P. 158. 7. σχήματος MS. V. στόματος. Exc. 22. 28. Reg. 1.. Colb. Coni. Upt.

P. 164. 2. τὸ μέν — τὸ δέ MS. V. τὸν μέν — τὸν δέ. 23. 4.

P. 164. 4. πλείστων MS. V. πλεῖστον (ut apud Thuc.) Exc. 23. 8.

P. 164. 5. αὐτοῦ MS. V. αὐτῶν (ut apud Thuc.) Exc. 23. 6. Colb.

P. 165. 5. συνεξεσμένας MS. V. συνεζευγμένας. Exc. 23. 7.

P. 166. 1. οἷς MS. V. τι. Exc. 23. 12. τί.

P. 167. 2. καὶ MS. V. τε καί.

P. 167. 3. καταληφθῆναι δεῖ MS. τε δεῖ. Exc. 23. 19.

P. 171. 1. τὰ μόρια τῆς λέξεως ὄψιν ἀποτελῶντα εἰς δύναμιν MS. V. μόρια ὡς μιᾶς λέξεως ὄρεξιν ἀποτελεῖν εἰς δύναμιν p. 23. 19. Exc. eadem nisi quod pro ἀποτελεῖν exh. διατελεῖν.

P. 171. 3. ἀπέχθεται MS. V. ἀπέχεσθαι Id. Exc. ex cod. M. ἀπέχθειαί που. R. D.

P. 171. 9. καὶ, MS. V. delet., Id. Exc. 23. 9.

P. 171. 12. κώλοις συνυφάνθαι MS. V. εὖ συνυφ. Id. Exc. 24. 1.

P. 171. 14. post τελευτᾶν inserit MS. V. ὁρίζουσαν. Exc. p. 24. 1.

P. 173. 7. ταῦτα MS. V. ταύτης. Exc. 24. 10.

P. 173. 11. Ποικιλόθρον' in ed. Bircovii legebatur. MS. V. ποικιλόφρον'. Hanc lectionem evulgavit Vossius a Reiskio laudatus in Notis ad Catullum p. 113.

P. 175. 2. αἴοισα πολλυ MS. V. αἴοις ἄπολι. Exc. p. 24. 18.

P. 177. 2 et 3. περὶ γᾶς et πτερ' Reisk. ex Catullo Vossiano in textum recepit. Easdem lectiones V. ex MS. annotavit. Exc. p. 24. 22 et 23.

P. 177. 7. 8. κ' ὅττι δήν τε κάλημμι MS. V. κ' ὤτι κάλημι et 178. 1. κ' ὅττ' MS. V. κ' ὤτι. Eadem Exc. 24. 27 et 28. praeterquam quod δεῦρο addunt.

P. 178. 2 et 3. τίνα — φιλότητα MS. V. ita legit: τινα δ' ἠυτε πειθὼ καὶ σαγηνεσαν φιλότητα Exc. 24. 30. τίνα δἠὖτι πειθώ καὶ σαγήνεσσαν φιλότητα.

P. 178. 4. Σαπφοῖ, ἀδικῇ; MS. V. Σαπφὼ δίκη. Exc. 24. 32.

P. 179. 1. εἰ φεύγῃ ex MS. V., vulgata habebat: αἰ φεύγει. Exc. 24. 33. εἰ φεύγει.

P. 179. 4. Ἢ οὐκὶ ἐθέλλοις MS. V. κωτει καὶ θέλις. Exc. 24. 36. κὤτ' εἰ καὶ θέλεις.

P. 179. 5. δὲ λῦσον MS. V. δεκλυσον.

P. 179. 9. συνεπείᾳ MS. V. συνεχείᾳ. Exc. 24. 41.

P. 180. 2. καὶ φωνηέντων MS. V. ἀφώνων καὶ φωνηέντων. Eadem Exc. p. 24. 44.

P. 180. 2. διάσαλεύουσαι MS. V. διασαλεύουσι. Eadem Exc. p. 25. 1.

P. 182. 12. ὑποτελοῦντας MS. V. ἐπιτ. Eadem Exc. p. 25. 8.

P. 183. 5. ὁρῶ MS. V. ὁρῶν.

P. 183. 13. δέξαιτο MS. V. εὔξαιτο. In versu seq. delet: καταλιπεῖν. Eadem Exc. p. 25. 17.

P. 183. 15. ἴδοιμεν γὰρ MS. V. ἴδοι γάρ Exc. 25. 17. ἴδοι γὰρ ἄν τις ib. MS. V. delet: δοκούσης.

P. 186. 5. κεκέρασται δέ πως MS. V. κέκρασται δὲ ὡς Exc. p. 25. 25. κεκέρασται δὲ ὡς.

P. 186. 12. ἰδίας MS. V. ἰδικάς Exc. 25. 28. εἰδικάς.

P. 187. 6. γλαφυραῖς MS. V. ἀνθηραῖς Exc. 25. 34.

P. 137. 8. M. V. delet ἐκείνῳ, idem Exc. 25. 34.

P. 187. 8. ὕστερον μὲν ἐκεῖνοι μακρῷ παρ' Ὅμηρον ἐξεταζόμενοι MS. V. ὕστεροι μέντοι Ὁμήρου μακρῷ, παρ' ἐκεῖνον ἐξεταζόμενοι. Exc. 26. 1.

P. 189. 4. γράφεται MS. V. γίνεται. Exc. 26. 3.

P. 196. 8. ἐγκαταμεμιγμένους. MS. V. ἐγκατατεταγμένους. Idem Exc. p. 26. 16.

P. 203. 7. ἠφάνισται MS. V. ἠφάνισε.

P. 210. 5. χρόνιος ἄσκησις MS. V. οἱ χρόνοι ὡς ἄσκησις, ib. λαβοῦσα MS. V. λαμβάνουσα. Eadem Exc. 27. 19.

P. 210. 6. μεθεπομένου MS. V. μελετωμένου. Eadem Exc. 27. 19. et Reg. 1 et Colb.

P. 217. 9. ἔλαττον κώλου κομμάτιον MS. V. addit: τέταρτον δέ. Exc. 28. 10.

P. 217. 10. ἣ οἱ MS. V. ὃν οἱ. Ead. Exc. 28. 11.

THESES.

I.

Liber, quem fingunt, Dionysii de Isaeo (cf. Iud. de Isaeo c. 2) nullus unquam fuit.

II.

Octo priora capita Artis Rhetoricae Dionysio abiudicanda sunt.

III.

Dion. de Isocr. c. 11. τὸ μεγαλοπρεπὲς ἡρῷον παρ' Ἰσοκράτει. Emenda: ἥρουν παρ' Ἰσοκράτει.

IV.

Dem. de F. L. § 162. Καὶ μὴν ὅτι τὸν Φίλιππον κατελάβομεν ἂν εἴ τις ἐπείθετό μοι καὶ τὰ προςτεταγμένα ὑφ' ὑμῶν ἐποίει κατὰ τὰ ψηφίσματα, κάλει τοὺς ἐκεῖ παρόντας μάρτυρας. Lege pro ἐκεῖ, ἐκεῖθεν.

V.

Aesch. Ctesiph. § 26. ὁ δὲ Κτησιφῶν Δημοσθένην τὸν συλλήβδην ἁπάσας τὰς Ἀθήνησιν ἀρχὰς ἄρχοντα οὐκ ὤκνησε γράψαι στεφανῶσαι. Dele γράψαι.

VI.

Andocides de myst. § 116 ἡ δὲ στήλη παρ᾽ ᾗ ἕστηκας χιλίας δραχμὰς κελεύει ὀφείλειν, ἐάν τις ἱκετηρίαν θῇ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ. Lege: ὀφλεῖν.

VII.

Arist. Rhet. I. 1. ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔστιν οὔτε ἑνός τινος γένους ἀφωρισμένου ἡ ῥητορική, ἀλλὰ καθάπερ ἡ διαλεκτική, καὶ ὅτι χρήσιμος, φανερόν. Ante καθάπερ insere κοινή.

VIII.

Harpocration i. v. βάραθρον, ὄρυγμα εἰς ὃ ὁ δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος τοὺς ἐπὶ θανάτῳ κατακρίτους ἐνέβαλλεν. Duo scholia in unum coaluerunt, excidit nomen demi cuiusdam, ut ita scribendum videatur:

. . . . ., δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος.

Βάραθρον, ὄρυγμα εἰς ὃ ὁ δήμιος τοὺς ἐπὶ θανάτῳ κατακρίτους ἐνέβαλλεν.

IX.

Thuc. IV. 38. 5. Καὶ Σπαρτιᾶται τούτων ἦσαν [τῶν ζώντων] περὶ εἴκοσι καὶ ἑκατόν. Expunge τῶν ζώντων.

X.

Eurip. Medea. 456.

ὅμως δὲ κἀκ τῶνδ᾽ οὐκ ἀπειρηκὼς φίλοις
ἥκω.

Pro φίλοις leg. φίλος.

XI.

Schol. Eurip. ad Med. vs. 68 πεσσοὺς προσελθών· ἐπεὶ ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς τόποις ὠνόμαζον τοὺς τόπους. πεσσοὺς γὰρ νῦν τοὺς τόπους τῶν κυβευτῶν, ὡς ὄψον καὶ μύρον ἔνθα ταῦτα συνήθως ἐστίν. Leg. ὠνητά ἐστιν.

XII.

Lucianus. Quomod. hist. conscr. § 10 ἐκείνην μὲν τὸν λέοντα αὐτοῦ περιβεβλημένην. Leg. τὴν λεοντῆν.

XIII.

Ibidem. § 20. εἶτ᾽ ἐπῆγεν ὑπὲρ αὑτοῦ τι ἐγκώμιον. Leg. αὐτοῦ. Mox: εἶτ᾽ ἐπὶ τέλει τοῦ φροιμίου ὑπισχνεῖτο διαρρήδην καὶ σαφῶς, ἐπὶ μεῖζον μὲν αἴρειν τὰ ἡμέτερα, τοὺς βαρβάρους δὲ καταπολεμήσειν καὶ αὐτός κ. τ. ἑ. Lege pro αἴρειν, ἀρεῖν.

XIV.

Id. in prooemio. § 8. omnia vero compositiora et *quam nos poterimus, elaborata.* Leg. *maxime elaborata.*

XV.

Id. I. 6. 1. Vetera maiestas quaedam et ut sic dixerim, *religiosa* commendat. Lege: *religio sua.*

XVI.

Id. III. 1. 11. Antiphon quoque et orationem primus omnium scripsit et nihilo minus Artem et ipse composuit et pro se dixisse optime est creditus. Lege: *aliis* scripsit.

XVII.

Id. III. 11. 21. Verum haec affectata subtilitas circa nomina rerum *ambitiose* laborat. Leg. *ambitione* laborat.

XVIII.

Id. VII. 7. 2. Colliduntur autem aut *pares* inter se, — aut secum ipsae. Adde: *pares res.*

XIX.

Id. VII. 10. 5. Non enim causa universa in quaestiones ac locos diducenda est, sed hae ipsae partes habent rursus ordinem suum. Insere: *causa universa demum.*

XX.

Id. VIII. prooem. § 8. Post: *intuendum*, hiatus statuendus est.

XXI.

Id. VIII. 5. 34. Quare, *sicut* possumus, adiciamus virtutibus. Pro *sicut* lege: *sicubi.*

XXII.

Id. X. 1. 54. Panyasin ex utroque mixtum putant in eloquendo *neutriusque* aequare virtutes, alterum tamen ab eo materia alterum disponendi ratione superari. cf. Dionys. Halicarn. de Veterum Censura c. 2. *Πανύασις δὲ τάς τ᾽ ἀμφοῖν ἀρετὰς ἠνέγκατο, καὶ αὐτῶν πραγματείᾳ καὶ τῇ κατ᾽ αὐτὸν οἰκονομίᾳ διήνεγκεν*, èt emenda: *utriusque.*

XXIII.

Verr. Act. II. I. § 90. Qui (sc. legati Milesii) tamet si mensem Februarium et consulum designatorum *nomen* exspectant, tamen cet. Pro *nomen* repone: *numen.*

XXIV.

Id. XII. 10. 45. Atque id fecisse M. Tullium video, ut cum omnia utilitati tum partem quandam dèlec-

tationi daret, cum et ipsam se rem agere diceret, ageret autem maxime litigatoris. Leg. cum et *ipse suam* se rem agere diceret.

XXV.

Id. XII. 10. 61. Hic orator et defunctos excitabit ut Appium Caecum, apud hunc et patria ipsa exclamabit, aliquandoque Ciceronem, in oratione contra Catilinam in senatu, alloquetur. Verba: *in oratione contra Catilinam in senatu*, scholiasta quidam adscripsit ad „apud hunc et patria ipsa exclamabit."

XXVI.

Id. XII. 11. 16. Cognoscere et praecepta vivendi perdiscere et in foro nos experiri potuimus, dum scholastici sumus. Insere: *cognoscere iura.*

XXVII.

Brutus § 209. Cum autem difficile sit in longa oratione non aliquando aliquid ita dicere ut *sibi ipse non conveniat*, quanto difficilius cavere, ne quid *dicas*, quod non conveniat eius orationi qui ante te dixerit? Lege: ut *tibi* ipse non *convenias.*

XXVIII.

De oratore I. § 2. Ac fuit cum mihi quoque initium requiescendi atque animum ad utriusque nostrum praeclara studia referendi fore iustum et prope ab omnibus concessum arbitrarer, si infinitus forensium rerum labor et ambitionis occupatio decursu honorum *etiam* aetatis flexu constitisset. *Etiam* dissolve in *et iam.*

XXIX.

Ib. § 12. Quod hoc etiam mirabilius debet videri, quia — dicendi autem omnis ratio in medio posita, communi quodam in usu atque in homin*um more et sermone* versatur. Lege: hominu*m ore* et sermone.

XXX.

Ib. II. § 242. Ex hoc genere est illa Rosciana imitatio senis:

Tibi ego, Antipho, has sero, inquit. *Seniumst* quum audio. Lege: *saeclumst.*

XXXI.

De opt. gen. orat. § 11. Sed qui dici a nobis Attico more nolunt, ipsi autem se non oratores esse profitentur, si teretes aures habent intellegensque iudicium, tamquam ad picturam probandam *adhibentur* etiam inscii faciendi, cum aliqua sollertia iudicandi. Pro *adhibentur* leg. *adhibeantur.*

XXXII.

Caesar. d. B. G. II. c. 20. Caesari omnia uno tempore erant agenda: vexillum proponendum [*quod*

erat insigne, cum ad arma concurri oporteret] signum tuba dandum, ab opere revocandi milites cet. Verba: *quod — oporteret*, a Caesare aliena sunt.

XXXIII.

Seneca contr. VII. 6. 15. orator *exsuctus*. Leg. *exsuccus*.

XXXIV.

Ad Herenn. I. 26. vocabulum: *defensione* delendum est.

XXXV.

Liv. 24. 43. deserendae Italiae ad Cannas. Supple: deserendae Italiae (*causa, post cladem*) ad Cannas.

XXXVI.

Terecht zegt Mill, Autobiography p. 21. van Quintilianus: „His book is a kind of encyclopedia of the thoughts of the ancient on the whole field of education and culture." Daarentegen schrijft hij hem zonder reden „an obscure style" toe.

XXXVII.

Ten onrechte zegt Buckle (Hist. of Civilisation vol. III. p. 8) van de Romeinen: In their best days their virtues were but the virtues of barbarians.

XXXVIII.


De hardnekkigheid der Carlistische oorlogen is voor een groot deel daaraan toe te schrijven, dat de nationaliteit der bewoners van de Baskische provinciën van die der overige Spanjaarden verschilt.

XXXIX.

Verkeerdelijk beschouwt Gibbon (History of the decline and fall. ch. 44.) de 3000 tabulae van Suetonius (Vesp. 8.) als eene verzameling wetten.

XL.

Het determinisme moet een verlammenden invloed oefenen op zijne aanhangers.



4



